CLAVDII A SANCTO VINCVLO, DE PRONVNTIATIONE LINGVAE GALLICAE LIBRI DVO:

Ad illustrissimam, simulq; Doctissimam Elizabetham Anglorum Reginam.

Dum spiro spero.

LONDINI,
Excudebat Thomas Vautrollerius
Typographus.
1580.

822 422

SERENISSIMAE ANGLORVM REGINÆ ELIZABETHÆ,

CLAVDIVS A SANCTO VINCVLO MOLINENSIS BORBONIORVM perpetuam optat fœlicitatem.

MVLTI, Reginarum doctissima, & illi quidē linguæ gallicæ studiosi, de eiusdē cùm difficili pronūtiatione, tum ardua lectione apud viros doctos huc vsq; sunt conquesti. Atque ideo non pauci, vt illorum desiderio satisfacerent, varias grammaticas, varijs rationibus instructas ædiderunt: ex quibus, cùm nonnulli antiquam illam orthographiam retinere, alij verò totam immutare co-

narentur: factum eſt, vt tam diuerſa docendi mothodo, gallicæ linguæ non minimas tenebras offuderint: idq; noſtra legẽdo facilè cuiq; ſatis apparebit. Sed nos, opinor, tã diuerſas illas opiniones aptè ſatis cõpoſuimus, cùm propter regulas ad natiuam pronũtiationem excogitatas; tum maximè propter caracterem a me & inuentum, & nunquam antea vel viſum, vel auditum. Quo quidẽ tamen, ego adeo modeſtè commodeq; ſum vſus, vt ab antiqua, communiq; ratione non omnino diſcederem: ſed vtriſq; potiùs, & antiquitati fauentibus, & nouitati ſtudentibus magna ex parte ſatisfacerem. Nos enim ex antiquitate literas illas ſcribendas exiſtimamus, quæ faciũt ad orthographiam, & quantitatem: nec tamen plenè ruditerq; pronun-

cian-

ciandas oſtendimus: & ea ratione ſubſcriptis punctis vel caracteribus illas annotauimus, vt aſſueſcat lector & hiulcum ſonum, & rudem pronuntiationem effugere: quæ eſt neotericorum ratio præcipua cur delendas eſſe, nec omnino ſcribendas contendant. Sed his noſtris libris, vtriſque ſatis abundè reſponſum arbitror. Quod quidem opus, cùm multis de cauſis, tum duabus potiſſimum auſus ſum tuæ Maieſtati dedicare. Primùm, quia cùm nouum ſit, nouis etiam rationibus innitatur: deinde, quia cùm tu nuper Levvſhamiæ ruſticareris, & me humaniter ad tuum colloquium admiſiſſes, adeo quidem propriè tu, ritèq; gallicè loqui mihi viſa es, vt non intelligam quis de hoc meo labore poſſit meliùs quàm tua Maieſtas iudicare:

opus, fateor, & exiguum, & regia tua prudentia non ſatis dignum. Verùm tu, ſpero, illud eo animo recipies, quo Alexander ille Magnus & Herculem in ſocium admiſit; & Corinthiorum beneuolentiam gratam habuit. Nam Corinthij cùm Alexandrum per legatos ciuem corinthium nominaſſent, atque princeps tantus rei nouitate motus officij genus ſpernere videretur; legati ſtatim ſubiunxerunt: Herculem vnum, & eum ſolum eo honore, quãtumuis exiguo, fuiſſe decoratum. Quo reſponſo factum eſt, vt cùm doni raritatem, tum Corinthiorum erga ſe beneuolentiam Rex admiratus; & Herculem in ſocium, & oblatum munus admittere non dubitarit. Non tanti ſcilicet faciens vel Corinthiorum officium, vel munus;

nus; quanti existimabat se Herculem alium nominari. Sic & tu, spero, licet munus agnoscas & exiguum, & tanto tuo iudicio prorsus indignum; non tamen molestè, credo, feres quòd inter ætatis nostræ viros omnes doctissimos te non solùm annumerauerim, sed primam etiam constituerim. Et certè si tua Maiestas vel tantillum nostris his conatibus fauerit, video iam vniuersis (ad quos huius linguæ fama penetrarit) gratissimum futurum, quòd tuo nutu tantum emolumenti ad eos transmissum peruenerit; omnésq;, scio, vno consensu meum consilium probabunt, qui talem iudicem præ cæteris delegerim.

Faxit Deus Opt. Max. vt fœliciſſimum hoc tuum imperium, amicis, quidem, & subditis iucundissi-

mum; inimicis maximè formido-
loſum; exteris nationibus im-
primis admirandum: ad
multos vſque annos
protrahatur.

* *
*

AD

AD LINGVÆ GALLICÆ STVDIOSVM LECTOREM.

POSTEAQVAM *totos hos decem annos in lingua latina & gallica edocẽda Londini conſumpſiſſem, ac proinde de varia & ſcribendi & pronuntiandi ratione (dum importunis diſcipulis ſimul reſpondere ac ſatisfacere conabar) multa diligenter annotaſſem, ea ſolùm quæ ad ſermonem noſtrum naturaliter pronuntiandum faciebant, vt tandem in publicum exirent, curaui. Victus, inquam, quotidianis multorum Anglorũ querelis, qui gallicum idioma lectu difficillimũ conquererentur: & ſe tot Grammaticis in lucem emiſſis, ſine præceptoris viua voce nihil poſſe adiutari contendebant: illi aſſiduis ſuis efflagitationibus effecerunt, vt hoc de gallici ſermonis pronuntiatione opuſculum in communem & exterorum, & noſtratium vtilitatem, deſcriberem, quòd nimirum in eo totius rei car-*

do versati existimaretur. Neque id certè iniuria. Si enim grammaticaster ille, quòd male pronuntiaret, rudis & ignarus eorum quæ diceret & doceret iudicabatur, nonne & idē sentiendum de quolibet quoduis idioma perperam efferente? Non est, ideo, quòd mireris si & discipulis, & grammaticarum scriptoribus parum fæliciter adhuc successerit. Qui enim gallicæ linguæ præcepta sine lōga & docta docendi exercitatione tradere videntur, hi perinde faciunt ac Phormio ille, qui optimi ducis officium docere nitebatur, cùm bonus vir nunquam castra vidisset, nedum aliquod munus bellicum administrasset. Sed ne rationes cur ita sentiam longiùs petere videar, examinemus tot ac tam diuersas grammaticas à diuersis authoribus scriptas, & vnū Garnerium germanicæ iuuentutis in lingua nostra informatorem solum inueniemus, qui rem (quamuis in nonnullis hallucinetur) fideliùs ac compēdioſiùs reliquis omnibus tractauerit. Non quòd hæc dicta velim, vt alicui suas laudes detraham: sed tamen in illis qui pila ludunt, facilimè apparent qui sunt alij, alijs peritiores. Quòd si pius lector, peragratis aliorum campis, hoc nostro prædiolo delectetur, aut, sumptis hinc fundamentis, per alie-

Ignarus, qui malè pronūtiat.

Exercitatio.

nos

nos agros liberiùs vagari posse credat: hæc imprimis illi notanda veniunt, vt vbicunq; hos caracteres his notulis obsignatos inuenerit, non plenè pronuntiet: a̤ b̤ c̤ d̤ e̤ f̤ g̃ h̤ i̤ l̤ n̤ p̤ q̃ ſ̤ s̤ t̤ ſt̤ x̤ z̤: *atque rationes cur ita fiat, cæteraſque de pronuntiatione regulas diligentiùs expendat. Sic enim fiet vt minimo labore & multo compendioſiori ſtudio (quàm vnquam antea) quod vult aſſequatur. Nec hìc audiendi ſunt qui auſint lectorem ab hoc noſtro inſtituto deterrere, quòd is cùm ad alios libros ſine his notis excuſos peruenerit, neſciat (propter hunc iam aſſuetum & facilem legendi modum) quo quo ſe vertere. Verùm quotidianus vſus me, complureſque diſcipulos iam edocuit, vt qui beneficio huiuſce inuentionis linguam ſuam ad rectam pronuntiationem formauerunt: atque iucunda illa, ſuaui, & quotidiana lectione aures ipſas demulſerunt: omnem aſperitatem, hiulcamque prolationem imprimis abhorreant, ac verborũ anphract⁹ veluti in mari ſcopulos fugiãt. Quinimo ſi quempiam audiant literas omnes (aut certè quas non debet) pronuntiantem, vultum totum auertunt irritati, ac ſi quis aures delicatas, ac natiuæ prolationi iam aſſuetas, abraderet. Præterea nullas quis in hac mea*

Literæ in legendo quaſi omittendæ.

Obiectio.

ſcribendi forma poteſt deſiderare literas ex antiquitate: quod ſi illas, quas nos non plenè pronuntiandas dicimus, notatas viderit, fingat non eſſe. Quocirca ſummopere diſiderarim vt, ad exterorum gratiam, aliquot gallica opera, veluti AEſopi fabulæ (aut aliquid aliud tritum & familiare) excuderentur: in quibus omnes literas (quæ quodam modo obmuteſcunt) notatas haberent. Quid autem ſi typographi quotquot mittunt ad exteras regiones gallica exemplaria, huiuſmodi typis committerẽt? Quod ſi fieret, non dubito quin præter exteros, diuerſæ etiam noſtræ Galliæ nationes vt Vaſcones, Sabaudi, Prouinciales, ſuam prolationem elimarent.

Quibus rationibus antiqua orthographia in multis retineri debeat.

SI fortaſſe miretur Lector diuerſas literas excudi, quæ tamen prima fronte nullatenus exprimi videntur, ſibi perſuaſum habeat velim, varijs de cauſis nullo modo literas iſtas poſſe in ſcribẽdo prætermitti. Etymologia, prima ratio antiquitatis ſeruandæ. *Primò ſiquidem orthographia demonſtrat ex quo fonte manarit dictio: à latino ſcilicet, cui mediusfidius linguam noſtram deferre debemus:*

mus: nam si vel duo verba efferamus, alterum procul dubio latinum erit: vt si dicam, donnez moy du pain, *tantum est ferme ac si dicerem, Donate mihi de pane:* où estes vous? *vbi estis vos?* où vas-tu? *quo vadis tu?* je vay dormir. *ego vado dormire. Deinde, cùm scribo* temps, long, estang, pieds, oultre, est, vespre: *ostendo deriuari ab his latinis dictionibus: tempus, longus, a, um: stagnum, pedes, vltra, est, vesper: tum nisi etymologiam contempleris, quo modo ab inuicem differant hæ dictiones?* poix, *pix:* pois, *pisa, pisorum,* poids, *pondus, aut pondo: nam, prolatione nihil differunt: & alia id genus: præterea hæ literæ (præter etymologiam) multũ faciunt ad quãtitatem.* Obiectio. *At (dicet quis) cùm gallicè loquimur, tum latinè loqui desinimus.* Quantitas secunda ratio. *At ita tamen vt nullo pacto sine vsitatis literis, possis seruare quantitatem, nisi fortè omnia penitus confundi velis: vt nonnulli auferendo, s, in* teste, beste, feste, mesme, taste, gouste, *& infinitis alijs, fecerunt. Neque præualebit loco s, syllabam accentu acuto notare: vt scribas,* téte, vépre: *nam* é, *ita notatum multò acutiùs effertur, quàm huiusmodi dictiones desiderent: verbi gratia: qui gallicam prolationem norunt, inueniunt istud,* é, *siue in princi-*

pio, medio, aut in fine dictionis collocetur: vt redarguë, privément, feſſé, *aliter ſonare, quàm in* téte, béte, *& ſimilibus: propterea quòd in* teſte, *præter continuationem primæ ſyllabæ, magis hiamus, eleuando vocem magis ſonoram: at verò in* moderément, moderé, caché, *ac ſimilibus*, é, *acutè admodùm pronuntiatur, illudque ore magis clauſo: & vt paucis abſoluam, ſi exterus pronuntiaret*, téte, *vt nuper excuſum reperimus: in hoc, inferioris Normaniæ incolas (quos Houyvets vocant) imitaretur, inquientes:* je ne ſuy pas ſi béte, comme j'ay groſſe téte: *quam prolationem omnino abhorremus. Verùm qui cupiunt huiuſmodi dictionũ rectam prolationem noſſe, diligenter animaduertant quantum vocis atque hiatus tribuant primæ ſyllabæ huius latinæ dictionis*, veſper, teſta, *aut certè huic tertiæ perſonæ*, eſt, *à* Sum: *atque eandem dent vocem, hiatum, prolationem, gallicis vocabulis*, ſ, *literam poſſidentibus, ſed eam non abſoluto ſono retinentibus: reiecto nimirum ſibilo, qui quidem exauditur cùm voces latinas profers: ſed cùm illas ipſas feceris gallicas, nullum prorſus ſentis ſibilum. Rem exemplo dilucidiùs explanemus. Proferat exterus omnes literas in his dictionibus*, meſme, eſtre, aſpre,

Qui exteros ad barbariſmum introducunt.

aſpre, tantoſt: *nunc attentè notet quo ſpiritu, voce, atque oris hiatu iſthæc promuntiet: deinde ſibilum à vocibus dextere ſolùm amputãdo, nec aliud quicquam à prolatione diminuẽdo, eaſdem atque ſimiles dictiones exprimat: ſic*, moy-meſme *egomet*: eſtre, *eſſe*: aſpre, *aſper, ra, rum*: tantoſt, *iamiam*: *his exemplis apertè vides has, à ſuperioribus ſolo ſibilo differre. Sed hîc diligentiùs attendito: in* deſaſtre, *exprimo*, ſ, *cum ſibilo*: *in* folaſtre *verò minimè*: *tamen tempus vtriuſque penultimæ ſyllabæ idem eſt: quòd ſi vel ab* allebaſtre *detrahas*, ſ, *atque ſic ſcribis* allebatre: *penultima ſyllaba nihil differet à penultima huius infiniti*, combatre: *nam vtrunque deſinit in* batre: *his adde*, folaſtre, fillaſtre: *nihilominus tamen vtriuſque quantitas multum differt: quandoquidem penultima in* allebaſtre, folaſtre, fillaſtre, *longa eſt*: *in* combatre, *verò, admodum breuis. Quòd ſi longas illas ſyllabas accentu acuto vel circumflexo quis notari velit, nonne*, ſ, *eodem* (*ne dicam meliùs*) *fungitur officio quo & accẽtus? quin & dictionis deriuationem officiosè oſtendit. Quocirca*, ſ, *litera nihil retardat lectorem à recta prolatione, dummodo edoctus ſit quomodo hac in parte gerere ſe debeat. Temperare*

Attentio.

Reſpondet futuræ obiectioni.

me non possum quin materiam diuersis modis exagitem, vt & nostrates & peregrini hoc animum inducant suum, non temere iam receptum scribendi modum à maioribus introductum fuisse. Quamuis enim non ita attentè examines tria hæc vocabula, trousse, *pharetra:* pouſse, *pulsato*: tricouſe, *caliga linea: quia similem videantur habere terminationem, tamen ipsorum penultimam triplicis enuntiationis, ac diuersæ quantitatis inuenies: nam,* trouſſe, *celeriter admodum effertur:* poulſe, *propter*, l, *multò lentiùs:* tricouſe, *denique omnium longissimè exauditur. Præterea si sequentes has dictiones spoliauero sua litera* ſ: paſle, *pallidus, a, um:* ſaſle, *immundus, a, um:* maſle, *masculus:* peſcheur, *piscator:* paſte, *massa panis:* maſtin, *canis rusticus:* impoſt, *vectigal:* appreſt, *apparatus:* conqueſt, *res partæ:* gouſte, *gusta, gustato:* phantoſme, *phantasma:* Vendoſme: *nonne cum sequentibus prolatione & sensu confundentur? Nam quæ sequuntur, celerem admodum habent pronũtiationem:* palle, *pala:* ſalle, *atrium:* malle, *mantica:* pecheur, *peccator:* patte, *pes canis, leonis, aut similis animalis:* matin, *matutinus, a, um:* tripot, *ludus pilæ:* naquet, *assecla ludi palmarij:* goute,

goute, *podagra*: Chriſoſtome: *quæ quidem breuia ſunt, ſuperiora verò longa: ita vt tantum, imo plus temporis conſumam in prima ſyllaba huius dictionis* maſle, *quàm in toto vocabulo*, malle: *idem iudicato* de hoſte, *hoſpes*: & hotte, *inſtrumentum vimineum, quo terra ſuper humeros fertur*: je gaſte, *corrumpo*: & agate, *lapis quidam precioſus. Nec hic audiendus Peletarius, qui contendat* ſ, *in his pronominibus ſcribi non oportere*: ceſt, *iſte*: ceſte, *iſta*: *ſed ita ſcribendum*, cet, & cete: *verùm ſi*, ſ, *debeat auferri, iudicet vſus, qui aliquando volubilitate quadam effert*, ſtome, *iſte homo*: ſte fame, *iſta mulier*, ſtui-cy, *iſte hìc*: ſtui-là, *iſte illic*: à ſte cauſe je vous prie &c. *hac de cauſa te rogo*: & *tamem ſcribimus & legendo pronuntiamus ſi libeat*, ceſte home, ceſte fame: à ceſte heure, *hac ipſa hora*: *at inuicem colloquendo proferimus ac ſi ſcriptum eſſet*, aſteure: à ſtaprés diſnée, *pro* à ceſt aprés diſnée. *Sed vt in medijs ſyllabis pauliſper adhuc hæreamus, non ſine ratione veteres gallorum ſcriptores literas aſcititias quantitati inſeruiẽdi cauſa aſciuiſſe reperio: nam ſi*, l, *literam ijs vocabulis detraxeris*, oultre, *vltra*: poultre, *trabs ædificij*: couldre, *ſuere*: *non video quî pere-*

grini quantitatem à ſequentibus ſecernere potuerint? Foucres, *familia trapeſitarũ apud Auguſtam:* bougre, *maſculorum concubitor: quos (ſi qui ſint) vel conuertat, vel exterminet Dominus*: coude, *cubitus: quæ quidem corripiũtur: illa verò ſuperiora primam producunt. Eandem retinent vim literæ in vltimis ſyllabis aduocatæ: quod certè demonſtrat,* aveſpriſt, *adueſperaſcit: vtraque ſiquidem longa eſt, & ſi vltima longior ſit altera ſyllaba: quod certè omnino contrarium eſt in* eſprit, *ſpiritus: habet enim primam longam, vltimam verò breuiſſimam: idem dicito de,* geneſt, *geniſta:* & genet, *equus Hiſpanicus: illud quidem vltimam habet longam: hoc autem breuiſſimam: quæ quidem differẽtia oritur propter*, ſ, *vel præſentiam, vel abſentiam. Idem iudicato de ijs aut ſimilibus vocabulis*: je voudroye qu'il me donnaſt, *ego vellem vt mihi daret*: Saint Donat, *Sanctus Donatianus: hìc deprehendis alterum*, naſt, *longum eſſe: alterum autem*, nat, *breue: item*, pleuſt à Dieu qu'il euſt, *vtinam haberet*: acauſe qu'il pleut hier, il eut vn accés de fiévre, *quia heri pluit, febre laborauit:* du mouſt, *muſtum*: il eſt mout dangereus, *admodum periculoſum eſt*: toſt, *cito*: le Roy d'Ivetot, *in quibus*

Quantitas in vltimis ſyllabis.

bus non latet lectorem me de vltimis agere. Sed hìc quid dicendum eſt ex his, qui etiam ad dictionis finem (propter diuerſas conſonantes concurrentes) primam expungunt, & cuius loco, apoſtrophum appingunt? hoc modo: c'e' beaucoup, voire tro' travaillé: *multum eſt, imo nimis laboratum: cùm deberet ſcribi*, c'eſt beaucoup, voire troꝑ travaillé. *Quid hìc faceret exterus? quas diuinabit tali ſcripturæ deſiderari literas? Si vellet hæc ſequẽtia vel dicere, vel ſcribere*: dites moy que c'eſt: *nonne ita ſcribet*, dite' moy que c'e'? *cùm ſcilicet apud autores ita ſcriptum inuenerit: deinde cùm legat*, tro' to', *nimis cito: ſi gallicè hoc efferre vellet, nimium eſt: nonne ita loquetur?* c'e' tro': *cùm ſcribendum & proferendum*, trop? *Verùm ne imponatur lectori, inſpiciat qua voce & ſpiritu proferat*, trop, *in fine membri, vel periodi: ſic tantum vocis atque ſpiritus eidem tribuat, cùm eandem (ante dictionem à diuerſa conſonante incipientem) in quouis alio loco inuenerit: ea tamen lege vt idem tempus ſeruans, labia premere caueat: hoc modo*: eſt-ce trop? *eſt ne nimium? hìc attollo vocem in* trop, *iungendo labia, quia membrum claudit: at in* troꝑ toſt, *nimis cito: nihil de voce di-*

Incõmoditas non exigua.

Vrgens ratio.

minuo, & si non premam labia efferẽdo, trop: *sed de his fusiùs, cùm ad regulam duarum cõsonantium peruenerimus. Non me latet tamẽ Ramum ac Peletarium (vt his difficultatibus subuenirent) nouos caracteres excogitasse, præsertim verò cùm dictionibus auferunt*, ſ: *vt si vellent hæc scribere*, eſtre, *esse*: eſtrenne, *strena*: *sic depingerent*, ètrène, ètre: *vt beneficio huius*, è, (*quod apertum, vel* è, hians. è, *hians vocare possumus*) *attollãt syllabam, cui*, ſ, *antea affigebatur: quod quidem adiumentum in nonnullis prodest: at verò si illo promiscuè vteremur loco*, ſ, *introduceremus errorem primo peiorem: exemplo rem patefaciamus. Iam recepta & vulgata scriptura scribit* eſtrenne, eſtre: *Ramus autem tollendo*, ſ, *atque mutando medium*, e, *in* eſtrenne, *sic scriberet*: ètrène, ètre: *quæ quidem inuentio (etsi in aliquibus valeat) tamen in multis alijs syllabis prolationem planè immutat. Si, vel vulgus Gallorum harum, ac similium dictionum pronuntiationem examinauerit, procul dubio reperiet primam in*, ètrène, *acutè pronuntiari, sequentem verò ore magis aperto atque hiante, ac proinde vocem magis eleuante: inde fit vt Ramo ac sequacibus tantum velim suffragari, vt prima in*, ètre,

ètre, *& media in*, ètrène, *ſatis inter ſe conueniant quatenus ad orthographiam & prolationem pertinet: ſed quòd prima in*, ètrène, *ſimilem recipiat orthographiam, vſus pronuntiandi reclamat. Qua in re neque antiquitati, neque etymologiæ ſic patrocinari volo, vt ſcribamus*, eſtrenne, *cum*, ſ, *quamuis à latinis deſcendat: neque duplici*, n, *ad ſyllabam eleuandam: quandoquidem*, ſ, *ſono ſuo magis attollit ſyllabam cui inſidet, quàm prima in*, eſtrenne, *attolli debeat: idem iudicato de ijs*: eſtuy, *theca*: eſtudier, *ſtudere*: eſtuver, *in balneis lauare*: *& multis alijs. Vnde fit vt ſcrupuloſi noſtrates, ac plus iuſto etymologiæ verborum addicti, ijdemque ſilum orthographiæ mordicus tenentes, quantitatem (ſi ſcripturã ſequantur) euertant: exemplo explicemus. Scribimus, quoniam dicimus*, j'appelle, *ego voco*: tu appelles, il appelle: *& rectè quidem orthographia pronuntiationi reſpondet, & contra: nam duo*, l, *iuuant vocis eleuationem: at ſi neglecta prolatione, etymologiæ ſoli inſeruientes ſequentibus duabus perſonis duo*, l, *appingamus*, nous appellons, vous appellez, *iam in errorem trahimus prolationem: quia*, appelons, et appelez, *dicendum deprimendo ſcilicet ac ex-*

Antiquitas eatenus retinẽda, quatenus rationi conſentanea.

tenuando, e, *quæ genuina & recta pronuntiatio eſt: deinde ad primam prolationis viam reuertentes, efferimus tertiam pluralem per duo*, l, ilz appellent, *illi appellant: præterea*, eſtant, *participium*, *&*, eſtre, *infinitum ab eodem patre prodeunt: diuerſam tamen habent prolationem: vt dicamus ac ſi ſcriberetur*, étant, *vbi prima acutè exauditur: at in*, eſtre, *primam facimus longiorem & magis hiantem*. ſelle, *ſella*: *&* ſeler, *analogica ſunt: tamen dicimus ac ſi ſcriberemus*, ſelez mõ cheval et luy mettez ſa ſelle d'armes, *ideo malè ſcriberetur*, ſellez: *eãdem ſequitur viã*, nouvelle, et renouveler: *deinde*, *qui dicunt* j'enſeigne, *rectè dicunt*: *at in*, enſegner, *docere*: *auferendo*, i, *iuſtè auferetur*: *quibus exemplis liquidè apparet pro ratione prolationis mutari & orthographiam*. *Cui difficultati vt tandem ſubueniremus*, *quæ antiquitas ſic pingit*, eſtrenne, eſtudier, eſtuy, eſtuver, eſtre, meſme: *illa ipſa ſic ſcribimus*: étrene, étudier, étuy, étuver, eſtre, meſme: *in quibus*, é, *ſic notatum, natiuam oſtendit prolationem omnium Gallorum iudicio*: *& noſtrum*, é, *apertum loco magis proprio applicabimus*: *ita vt non pro*, ſ, *ponatur*, *ſed vbi ſyllaba magis hiantem prolationem deſideret*

Orthographia prolationi famulatur.

Antiquitatis recta emendatio.

quàm

quàm reliquæ per, é, *masculinum, vel fœmininum scriptæ: vt in* espèce, Lucrèce, tu me blèces, *mihi vulnus infligis*: père, mère, frère: *deinde huius*, è, *beneficio, meliùs secernemus prolationem horum possessiuorum*, mès, tès, sès: *ab vltimis sequentium dictionum*, ames, hostes, gousses: *præterea vltima in* aspres, *asperi, ræ, ra: intermortuè, vt sic dicam, exauditur, vergens ad* e, *fœmininum: secunda autem in* après, *post: magis sonora voce, atque ore hiante effertur. Existimo insuper*, è, *apertum à Ramo inuẽtum meliùs quadraturum in exprimendis huiusmodi vocabulis*: moè, toè, soè, loè, Roè, foè, quoè, moène, *monachus*: chanoène, *canonicus: cùm vulgò scribantur per* y: *vt* moy, &c. *qua in re multum iuuarentur non solùm Burgundi, sed & rudiores Gallorum plus æquo*, y, *pronuntiantes: cùm huiusmodi dictiones citius per* è, *& scribi, & pronuntiari debeant, vt postea docebimus. Cautè tamen vtendum*, è, *aperto lectorem admoneo: nam si dictiones in* oye, *desinentes isto*, è, *scriberemus, illas ipsas priuaremus legitima sua quantitate: vt vltima in* je lisoyę, couroyę, *& similium personarum imperfecti modi indicandi, quæ certè scribi non possunt vt* moè, toè: *quandoquidem tra-*

e, causatur continuationẽ spiritus & vocis.

himus vltimam in liſoyę, *legebam: continuando ſpiritum: in* moė, *autem quamuis hiemus propter*, ė, *apertum, tamen vocem non continuamus, ſed potiùs decurtamus. Deinde ſi loco*, y, *&* e, *apponeremus*, ė, *hians, refragarentur Poëtæ, vt qui ſæpius metri cauſa, huiuſmodi ſyllabas diuidunt, vtrumque* y, *&* e, *retinẽtes, vt* j'allo-y-e : vo-y-e : for-vo-y-e: &c. *Hæc fortaſſe videbuntur lectori vel prolixiora, vel magis intricata quàm vt poſſit explicare: ſed hanc diſputationem ad noſrates potiùs, quàm exteros exiſtimet pertinere: tum frequentiſſima exempla quæ ad calcem ſecundi libri reperiet, toti negotio ſubuenient. Noſtri ſiquidem eſt propoſiti lectorem (peregrinum præſertim) nullis inuolucris impeditum retinere, ſed qua facilitate fieri poterit, fideliter edocere. Quem finem vt nõnulli aſſequerentur, non ſolùm diuerſas literas è medio, verumetiam è fine dictionis ſuſtulerunt: ex quo factum eſt, vt prolationem ſimul cum orthographia eneruarint: ita vt dum peregrinum docere conãtur, illum ipſum dedoceant. Cùm enim ſcribunt* ceu' ki m'antande' ſave' for' bien ſi je mans: *illi qui me intelligũt rectiſſimè norunt ſi ego mentior: exiſtimant ſe lectorem magna cura leuauiſſe*

Tranſit ad tertiã rationé antiquitatis retinendę.

quòd

quòd ita ſcripſerint: cùm vſu recepta orthographia ſcribat ſic: Ceulx qui m'entendent ſçauent fort bien ſi je ments: *quo diuerſo ſcribendi modo, videtis quãta ſit in orthographia diuerſitas: ſed omnia verbatim examinemus. Si enim ſubtraxero*, l, *&* x, *ab hac dictione*, ceulx, *certè ambigua erit quantitas cum hoc præterito* ſceu: *vt* je ſceu, *ſciui: nam*, ceulx, *longum eſt:* ſceu, *autem breue. Inde inferẽdum eſt vocabula, quamuis apertè literæ omnes non exprimantur, earundem tamen veſtigium aliquod retinere: ac proinde (vt toties diximus) tantum prolationis & quantitatis deſiderare, ac ſi clara voce literæ omnes exprimerentur. Sequitur*, ki m'antande': *qua in re triplex eſt error: non enim ſcribimus vocabulum* ki, *per* k, *ſed per* qu: *nec*, antande' *per* a, *ſed per*, e, *eo quòd non exprimamus*, e, *ante*, n, *adeo ruſticè, vt tantum hiemus & os aperiamus, ac ſi*, a, *efferremus: ſed exprimendo*, entendent, *& ſimilia in* en, *vel* ent, *deſinentia, aliquod medium ſeruamus inter*, e, *&*, a: *vt ſuo loco dicemus. Tertium errorem reperio in ablatione literarum*, n, *&* t: *nam ſi lector interrumpat membrum, ſiue tuſſi, excreatu, aut ſpiritum recipiendo, neceſſe eſt vt*, t, *exprimat*,

Vrgens ratio.

Vetus orthographia exteris instruẽdis necessaria.

sic: ceu' qui m'antandent, *deinde reliqua prosequatur*: *quòd si*, t, *litera non aderit, quomodo ipsam exterus pronuntiabit? Ergo literarum præsentia, ad exterum meliùs instruendum necessaria est. Ponamus tamen vt lector membrum totum continuo vno spiritu pronuntiet: quod cùm fit, consonantes (quæ propter suauitatem relinqui debent) non exprimuntur. Sed si occasio inciderit vt in peregrini loquendi, vel scribendi formula,* antende', *vel alia truncata dictio claudat membrum, vel periodum*: *dicet ne ac scribet*, faites qu'ilz vous antende': *fac vt te intelligant*: *cùm*, entendent, *scribendum sit ac efferendum? Quid autem? dicet aliquis, nonne meminisse poterit lector, eiusmodi dictiones in medio membro decurtatas, alibi cùm sententiam vel periodum claudunt, ad longum depictas esse? Verum id quidem, si modo tota Biblia, vel pandectas iuris primò legerit, illaque diligenter annotarit: neque tamen assequetur quod vultis: cùm huic studio nec Cineæ ac Themistoclis memoria sufficeret. At sit ita vt vis, fortasse confitebuntur: sed àd quid pertinet*, n? *Vt nimirum differat gallicæ dictionis vltima syllaba ab vltima variarum latinarum dictionum, quas peregri-*

Obiectio.

nus

nus alioqui confunderet : nam pronuntiaret vltimam in reſpondirent, *tanquam vltimam in* reſponderet, *latinè : eademque ratione vltima in* ſonnent, appellent: ſonant, appellant, *nihil differret pronũtiatione ab vltima tertiæ perſonæ præſentis optatiui vbi dicunt latini,* ſonem, ſones, ſonet, appellem, appelles, appellet. *Præterea norunt qui gallicè rectè loquuntur*, n, *literam neſcio quid ſoni ac ſui veſtigij à tergo relinquere : quodque magis ſentitur in*, t, *ad dictionis finem, quanuis ſequens dictio incipiat ab alia conſonante : attingimus ſiquidem*, t, *ac veluti per tranſennam efferimus : qua in re exteri mirabilem Gallorũ in pronuntiando dexteritatem admirantur. Quam pronuntiandi rationem conantur imitari Burgũdi, verùm*, t, *literam nimium, ac plus æquo, craſſiùs efferentes. Reſtat quarta & vltima ratio antiquitatis ſeruandæ : quæ quidem ad antiqua vſque contracta monumenta, cæteraſque contrahendi ac iuris dicundi rationes extenditur : quarum rerum, veterumque monumentorum cognitio aut intelligẽtia nunquam ad poſteros perueniret, ſi orthographia tãta cum ſeueritate mutaretur : vt reticeam ſumptus infinitos, inexhauſtoſque labores ad hæc om-*

Hîc viua vox vtcũque deſiderari videtur.

Antiqua monumẽta: quarta ratio cur orthographia mutari nõ debeat.

nia renouanda ſuſcipiendos : verendumque eſſet, ne poſt lites infinitas ac capitales diſcordias, ad aliquod bellum, non dicam ciuile, ſed inteſtinum tandem perueniretur. Quibus omnibus incommodis vt occurreremus, nulla mihi vel melior, vel compendioſior viſa eſt via, quàm vt literas omnes, quæ aliquatenus muteſcere vidētur, notaremus. Quamobrem nihil de antiqua dictionum orthographia detrahendo (niſi in ijs quæ ſine probabili ratione literas admittere videbuntur) regulas & orthographiæ & prolationis tot ſeculorum inuolucris receptas, ſuo loco docebimus. Hinc fiet vt quocunque ſe verterit lector, ſiue antiquorum, ſiue neotericorum ſcribēdi modum conſiderauerit, in promptu habeat, quo ſe rectam cùm legendi tum pronuntiandi rationem tenere confirmet. Literæ igitur quæ prima fronte ſilere videntur, quaſque lector paulatim vel legendo, vel loquendo aſſueſcet omittere, hìc iterum à nobis repetentur.

Antiquæ, vel nouæ ſcriptioni fauenti, ſublata eſt calumniādi occaſio.

a̤ b̤ c̤ d̤ e̤ f̤ ğ ḥ i̤ l̤ n̤ p̆ q̆ ſ̤ ſt̤ s̤ t̤ x̤ z̤.

De ordine in lingua ediſcenda tenendo.

NE gallicæ linguæ candidatus vltro citróque abſque vlla methodo diſcurrat, admonendus

nẽdus imprimis eſt, vt certũ ordinem ſibi proponat ſeruandum: quo veluti per gradus, ad faſtigium huius idiomatis fæliciùs aſcendat. Dabit igitur operam, vt primò pronuntiationis regulas ſæpius legat, examinet, ac diligẽtiùs notet, quomodo, ac quando literæ ſignatæ & vtcumque omittendæ, tum ſyllabæ, integræ dictiones, nec non continuum aliquod membrum, pronuntianda veniunt: vt cùm inciderit in libros cum omnibus literis, ſed ſine his aut ſimilibus notis excuſos, aut certè nouum ſcribendi modum ſecutos, id eſt multas literas (quas putant ſuperfluas) amputantes, poſſit dijudicare illic non debere ad plenum exprimi, hìc autem deſiderari: Vt exempli gratia: qui antiquam orthographiam ſequuntur, hanc periodum ita oportere ſcribi iudicabunt: n'eſt-il pas vray que qui fait tort à aultruy, conſpire contre ſoy-meſme & ſa propre teſte? *nonne hoc verum eſt, quòd qui iniuriam facit alteri, contra ſemetipſum & proprium caput conſpirat? Neoterici hìc mutando orthographiam, amputabunt quinque aut ſex literas hoc modo*: n'e't-il pa vrẽ ke ki fe' tort à autrui, conſpire contre ſoẽmẽm è ſa prope te'te? *Sed vtrum rectè, nos ſupra fuſiùs explicauimus. Ego autem vſui iam*

Literę quę videntur ſuperfluæ, aliquod pronũtiationis veſtigium relinquunt.

Auctor nũ in omnib⁹ antiquis aſtipulatur.

multis ſeculis recepto in multis ſuffragans ſic ſcribo, ſed cum notulis : N'eſt-il pas vray que qui faict tort à aultruy, conſpire contre ſoymeſme et ſa propre teſte ? *Non optarim tamẽ vt lector huic rei ſoli, nimirum regulis examinandis, totus incumbat : ſed opuſculum ad calcem huius libri additum conſulat : illudq; interpretetur : & ſic experietur quãtum valeat, non dico ſolùm intelligere, ſed & legere & loqui : dummodo voce ſonora legat, ſiue priuatim, ſiue coram arbitris legerit : quo ſcilicet iudicent aures, vtrum rectè pronuntiet nec ne. Quòd ſi occurrat vel litera vel ſyllaba, de cuius pronuntiatione dubitarit, ſtatim ad ſuas regulas, veluti ad lydium lapidem, recurrat. Hoc pacto & regularum beneficio, caracterum auxilio, atq; textus varietate proiectus lector : dena aut duodena noui Teſtamenti capita legat : cùm propter ſermonis facilitatem, & cuius ſenſus hæret, aut certè cuiuſlibet hominis chriſtiani memoriæ hærere debet, tum vel maximè propter ſanctitatem in eo contentam. Poſtremo huius linguæ candidatum ad hiſtorias Tragicas, veluti ad altum mare ſulcandum, relego : quarum phraſim ita nitidam & terſam exiſtimo, vt ipſi* Amadis de Gaule *in ſermonis puritate, inuen-*

Gallica pronũtiatio auribus inſeruiẽs.

Lés hiſtoires Tragiques.

Amadis de Gaule.

uentione, tractatione anteponi iurè videatur: ita vt si Musæ gallicè loqui vellent, non aliter atque Petrus Boaistuau loquerentur. Eiusdem stili & authoris sunt Theatrum mundi, & historiæ Prodigiosæ. Hunc satis fæliciter sequutus est in dicendi proprietate Franciscus de Belle-Forestz: *vt qui non solùm historias Tragicas ad quintum vsque tomum prosequutus sit, verumetiam Vniuersalem suam mundi historiam eleganter absoluerit. Poëtam nostrum Marotum (cui similem nec vidit, nec visura est Gallia) propter lepores & sales & suaue dicendi genus, tibi, ad opus tuum consummandum, familiarem reddes. His adiunge, si vis, Sleidanum adeò ornatè gallicè loquentem, vt non alienum, sed proprium opus iudicetur. Plutarchus nuper factus gallicus, sine controuersia palmam, quantum interpretis leges sese extendunt, reliquis omnibus abstulit. Si styli elegantiam, sententiarumq; grauitatem consideraueris,* Le printemps d'yver, *nemini cedit. In ijs authoribus nihil reperies affectatum, nihil coäctum: nullum peregrinum vocabulum: sed genus dicendi totum floridum, & veluti sua sponte fusum. A quorum sermonis puritate & elegantia tantum absunt neoterici quidam scri-*

Le Theatre du mõde.

Les histoires Prodigieuses.

L'histoire vniverselle du mõde.

Clement Marot.

Sleïdan bõ François.

Les vies et morales de Plutharque.

Le printemps d'yver.

Mixtus ſtilus.

ptores, præſertim verò qui commẽtarios bellorum ciuilium ſub Carolo nono in Gallia geſtorum nuper ædidit, vt neſcias vtrum gallico, italico, aut alio idiomate vtatur: in quod vitium etiam incidunt qui in verbis nouandis & detorquendis adeò ſibi placent, vt relictis proprijs & natiuis vocabulis, peregrina & longè petita accerſant. Hactenus de ordine dictum ſit. Nunc ad inſtitutum noſtrum (quàm compendioſiſſimè fieri poterit) nos accingamus: vt nec interim tamen quæ magis neceſſaria ad ſyntaxim pertinere videbuntur, prætermittamus.

Modum pronũtiãdi & ſyntaxin hìc profitetur.

Nomina literarum Gallicarum.

Literæ gallicæ bina nomẽclatura.

BIfariam noſtrates exprimunt ſuas literas, doctiores ſic: a bé cé dé é ef gé aſh i ka el em en o pé ku er eſſ té v ex ygreck ézed: *tum hoc & abbreuiatum, vocamus* étranché, *quaſi diceres* e, *interciſum. Vulgus autem gallorum pro* éf aſh, *&c. dicunt* effe aſhe elle emme enne: *alij* arre, *alij verò* erre, eſſe, ézède *addentes*, e, *fœmininum: & ea ratione has conſonantes vel diſſyllabas, vel triſſyllabas faciunt. Germani hìc diſcant exprimere noſtrum*, g, *per* j, *conſonans hoc pacto*, jé: *Angli item*

effe-

efferant, i, *gallicum ad imitationem anglicarum consonantium, aut si malint, sibi proponant duo* c, *anglica: verbi gratia: Si aliquis nostratium audiret Anglum pronuntiantem has consonantes*, b, c, d, *&c. sic illas scriberet & pronuntiaret*: bi, ci, di: *tum has anglicas & similes dictiones sic ab Anglis depictas*, feeble, seede, steede, people, *ita Gallus illas ipsas exararet*, fible, side, stide, piple. *Assuescat etiam Anglus pronuntiare*, q, *alio modo, atque communi Anglorum vsu: iudicaret enim Gallus secundum Angli prolationem, sic oportere scribi* kyou: *deinde cùm Anglus pronuntiat*, v, *gallicum, nobis videtur pronuntiare*, you: *vt pro vnus, a, um, dicat* younus, youna, younum: *Neque sequeris Italos, vel Germanos pronũtiantes* v, *nostrum per hanc diphthongum*, ou: *vt pro* pudicité, *pudicitia, efferant* poudicité, *& sic de reliquis. Sed pronuntiabis*, v, *gallicum sine aliquo linguæ adiumẽto, congregans rictum vel labia quasi sibilum imitantia: cùm Scoti proferunt*, gud, *bonus, a, um, perbellè alludunt ad pronuntiationẽ nostri* v.

De vocabulis compositis.

Diuersa vocabula in vnum aliquando coälescunt, quæ à nonnullis correctioribus

typographis continuata hac linea, -, notantur: vt chauſſe-pied, *cornucalcearių*: pont-levis, *pons ſublicius*: s'entre-tuer, *ſeſe mutuo interimere: in diuerſis item interrogationibus quædam monoſyllaba ſimili nota verbo iunguntur, ac continuo vno ſpiritu efferūtur: vt* eſt-il vray? *eſt ne verum?* que l'a-il fait? *quid tibi fecit?* qu'eſt-ce qu'il dit? *quid eſt quod dicit?* que dy-je de toy? *quid dico ego de te? Malim tamen illa ſuperiora his brachijs amplecti, ◡, hoc modo*: garde-robe, *veſtiarium: ac ſic verbum verbo verteres, ſeruans veſtem*: gens-d'armes, *gentes armorum: milites, latinè: hæc verò tali ◡, linea continuari optarim, vt compoſita ab alteris inuicem melius ſecerneremus. Compoſitæ igitur dictiones ſic dignoſcantur:* au-jourd huy, *hodie*: garde-robe, ſauve-garde, s'entre-battre, contre-faire, contre-miner, contre-dire: *illæ verò quæ verbo adiacent, ſic*: quelle heure eſt-il maintenant? *quota eſt hora? non dices* quelle heure eſt, il maintenant? *iungendo*, il, *cum ſequenti dictione*, maintenant: *ſed cum præcedenti verbo*, eſt: *hoc modo*: quelle heure eſt-il, maintenant? *idem facito de reliquis. Nonnunquam huiuſmodi monoſſyllaba citra interrogationem verbo adhærent:*

vt

vt batez-le si vous voulez : *verberato illum si vis* : appellez-les pour souper : *vocate illos ad cœnam* : appellez-moy la chambriére : *voca ad me ancillam*. *Imitamur in hoc latinos efferentes, Ita ne agis? tu ne hoc facies impunè? Intentiq; ora tenebant. Non enim, loquendo, separant, ne, ab, ita : neque coniunctionem, q;, à præcedenti dictione.*

De apiculis ä ë ï ö ü per diæresin dictionem secantibus.

VTimur, aut certè vti deberemus, frequẽtissima diæresi Græcos imitati, quoties dictio in dubio est, vtrum debeat diuidi necne. Nam vt tollamus omnem ambiguitatem vocalium coalescentium & diuisarum, alteri vocali duas affigimus notulas, vt hac ratione separetur à precedenti, vt in jouër, *ludere*, hìc illa duo puncta indicant non esse pronuntiandum, jo-ver, *vbi*, u, *alioquin fieret consonans* : *sed*, jou-ër, fou-ïr, *fodere* : bou-ë, *lutum* : jou-ë, *gena* : il jou-öit, *ludebat* : *non dices* jo-voit : athe-ïsme, juda-ïsme, *non autem* judaïsme : païs, *& non*, païs, *vnius syllabæ*. *Verùm vt hoc meliùs intelligas*, moruë, *piscis genus*, & morve, *mucus* : *demptis apiculis, à typographis minùs correctis*;

eodem modo ſcribuntur: at verò, moruë, *eo quod*, ë, *duo recipiat puncta, triſſyllabam facit dictionem*, mo-ru-ë: mor-ve, *verò diſſyllabam tantum, ac proinde*, v, *remanet conſonans: cùm in ſuperiori ſit vocalis. Sed quæ vocalis notulas illas recipere debeat, in controuerſia eſt. Videmus enim primæ vocali vel ſequẽti, apices illos à typographis ſine diſcrimine appingi: vt in* je louë, *laudo: alij inſcij excudunt*, loüe: *ſignantes primam vocalem*, u, *non autem*, e: *qua in re neque Græcos, neque Latinos, à quibus hæc mutuo acceperunt, imitantur. Nam in* ταϊς, *non*, α, *ſed*, ï, *notant: Latini* ë, *in poëta, non* o, *ſignant:* aëre, *quoque, non* æere, *Diues* pictaï *veſtis & auri. Ouid. Debuerant fuſos* euoluïſſe *ſuos: non* euolüiſſe. *Interdum tamẽ occurrit quædam difficultas propter*, e, *accentum acutum recipiens: quod cùm ſit, nullus locus duobus apiculis eſt relictus: ac neceſſariò in præcedẽtem vocalem reijciuntur, vt in* loüé, cloüé, ſalüé: *& in ſimilibus. Sed vt huic incommodo ſubueniremus, hoc nouum*, é, *exculpi curauimus: vt hac ratione propter duos apiculos, à præcedente vocali ſeiungatur: & propter accentum acutum, viriliter pronuntietur, hoc modo:* ſalu-é, ſalu-é-e, *ſalutatus, ta, tum:*

Nouum, é, nuper inuentum.

tum: cou-é, cou-é-e, *caudatus, ta, tum*: enrou-é, enrou-é-e: *raucus, a, um, & pauca alia.*

De apostropho, diuersas dictiones quasi per synæresin iungente.

QVoties hoc semicirculo, ', *dictionem inuenies notatam, dicito illum loco*, a, *aut*, e, *apponi*: *nota frequens admodum apud nos, apud Italos autem multò frequentior. Angli correctiores & hunc in nonnullis dictionibus admittere incipiunt, illoque audaciùs vsus sum in meo opere Anglicoitalico: vt ad id magis ac magis Anglos incitarem: scribimus igitur & pronũtiamus* l'esprit, *pro* le esprit: l'home, l'éperon, l'historien, l'arbalestier: *cùm antiqui scriberent*, le home, le esperon, le historien, le arbalestier: *nunc pro fœminino dic*, l'église, l'artillerie, l'hosteſſe: *pro* la église, la artillerie, la hosteſſe: *& sic de alijs: ita fit vt vitemus illam cacophoniam, & hiulcam pronuntiationem, Gallis omnibus admodum inuisam: ac proinde exteris omnibus imprimis fugiendam. Aliquando expungimus*, i, *vocalem, apostrophi signo, sed cùm hæc syllaba*, si, *iungitur cum*, il: *vt pro*, si il vous plait: *si tibi placet: scribimus* s'il vous plait:

loco ſi il veult, *ſi velit* : *ſcribe ac dic*, s'il veut : ſi il faut, s'il faut.

Quid ſit, é, maſculinum & e, fœmininum.

ANtequàm generales pronuntiationis regulas attingamus, videndum eſt imprimis quid Galli appellent, é, *maſc.* & e, *fœmi. quæ quidem non habita ratione alicuius generis talem ſortita ſunt nomenclaturam, vt nonnulli putauerunt : ſed quòd alterum viriliùs, alterum verò magis effœminatè exprimatur. Nam*, é, *maſc. ſemper accentu acuto aut notatur, aut certè notari debet, ſiue in principio, medio, aut in fine dictionis inueniatur hoc modo* : é : & *quemadmodum latini pronuntiant*, e, *in Petre, lapide, me, te, ſe: ſic nos*, é, *maſc. efferimus: vt* édict : *edictum*: détriment, *detrimentum*: moderément, *moderatè* : *at verò in fine dictionis paulo acutiùs exauditur* : *vt* la cité, *ciuitas* : détaché, *ſolutus* : accuſé, *accuſatus. Sed quo faciliùs*, é, *maſculinum, eo difficiliùs*, e, *fœmin. peregrini enuntiant* : *qua in re magna opus eſt attentione* : *quandoquidem ſi*, é, *maſc. facilè (quoniam viriliter) pronuntias* : *tanto arduè*,

Magna attentio in e, fœm. exprimendo neceſſaria.

duè, e, *fæm.* (*quia molliter, & vt sic dicam intermortuè*) *enunciabis: Anglis non paucis admodum laborioſum: ſi enim illis propoſueris aliquam dictionem per*, é, *maſc. terminatam, vt* bonté, *bonitas*: pieté, *pietas*: navré, *ſaucius*: *nullo negotio ſeſe explicabunt: at verò per*, e, *fæmi. deſinentem, vt* home, *homo*: je doubte, *ego dubito*: table, *tabula*: goute, *gutta*: cire, *cera*: *hoc opus hic labor eſt: vltimam enim ſyllabam efferunt vel per*, é, *maſc. vel per*, a, *vel per*, o: *ac ſi ita ſcriptum eſſet*: tablé, tabla, *aut* tablo: *auribus Gallorum admodum ingratum*. *Quamobrem ante omnia exteros admoneo, vt in hoc*, e, *fœminino genuinè pronuntiando liberaliter ſeſe exerceant, neque hoc præceptum parui eſſe ponderis exiſtiment. Sed vt poſſis facilè noſtrum*, e, *fæm. pronuntiare, fac diligenter aduertas quomodo mediam huius infiniti*, facere, *efferas, ac ita gallicum*, e, *fæmi. enũtiato*. *Quòd ſi velis rem meliùs ob oculos poni, examina primam ſyllabam, in* legeris, *& tibi exprimet*, é, *maſculinum: tum pondera ſecundam, & illa facilè*, e, *fæm. explanabit. Ideo cùm titubaueris de*, e, *fœminini prolatione, clara voce exprimito*, agere, facere, legere, legeris, *atque tuum*, e, *fæm. ad ſo-*

num ſecundæ ſyllabæ horum, aut ſimilium exemplorum accommodato: cùm Angli pronuntiant, bodely, *facilè efferunt,* e, *de quo agimus. Ne autem imprudens pecces, hìc præ oculis vides,* attrempement, *temperamentum: &,* attrempément, *temperatè: ſubſtantiuum illud gallicum penultimã ſemimortuam: hoc verò aduerbium,* attrempément, *illam ipſam imperiosè enuntiat. Nunc autem cùm diuerſis modis edoctus ſis quî,* e, *fœm. ſit proferendum, certa ac rata hæc tibi proponatur regula, vt vbicunque reperias duo,* ee *ſimul in eadem dictione, alterum ſit tibi maſc. alterum verò fœmin. vt* courroucée, *irata:* abandonnée, *derelicta: de hac re te admonitũ velim, eo quòd in multis exemplaribus negligant notare,* é, *maſculinum: aduerte inſuper ſolam hanc dictionem tria,* e, *recipere: videlicet* créée, *creata: & eius compoſitum,* recréée, *recreata: vt ſi loquaris de viro dices,* il a eſté créé Roy des Romains, *creatus fuit rex Romanorum: ſi verò de muliere, dic* elle a eſté créée Ducheſſe de N. voz lettres l'ont fort recréée, *tuæ literæ illam multum recrearunt. Hoc itaque iacto fundamento, nunc ad principaliores regulas deſcendamus.*

Duæ

Duæ capitales regulæ, in lingua Gallica rectè pronuntianda imprimis obſeruandæ.

SI quis rectam gallicæ linguæ pronuntiandæ rationem cognoſcere cupiat, ei duo notanda veniunt: vt videlicet nimium hiatum, atque aſperam pronuntiationem veluti ſcopulos ſtudioſiſſimè deuitet: alterum cauebit vitium ſi, cùm, e, *fœmininum aliquam dictionem terminauerit, tum ſequens dictio ab aliqua vocalium incœperit (quæ quidem apud nos ſex ſunt:* a e i o u, *&* y*) illud ipſum,* e, *fœm. prorſus relinquat, atque binas dictiones legendo ita conglutinet, vt ambæ veluti in vnum corpus ſimul coäleſcant: vt,* Ma tante a diſné: *Matertera prãſa eſt: hìc vides quomodo iſtud vocabulum,* tante, *finiat per,* e, *fœmininum: ac ſequens incipiat ab hac vocali,* a: *quid tibi nunc faciendum eſt? legito atque pronuntiato ac ſi ita ſcriptum foret;* ma tanta diſné: *hoc modo vitas hiulcam illam pronuntiationem, quæ alioquin ſequeretur exprimendo,* e, *in* tante: *vitium valde apud nos vitandum: aliud exemplum:* Mon père et ma mère ont ſoupé: *meus pater & mea mater cœnauerunt: legito quaſi ſyllabicè*

Sex vocales apud Gallos.

ita ſcriberetur : mon pére, ma mére ont ſoupé: *ſed loquendo continuato vno ſpiritu ſic efferes* : mon pére, ma mére ont ſoupé: *aliud* : je vous prie de prendre vn peu de peine à m'enſegner, afin que j'apprenne à parler François : *quæſo vt paululum laboris capias in me edocendo, vt diſcam gallicè loqui : nunc conglutinando binas dictiones in vnam, ſic loqueris* : prendrvn peu de peina m'enſegner, afin que j'apprennà parler François : *hìc attende quomodo tria*, e, *loquendo amputentur, nimirum in*, prendre, peine, & apprendre : *iterum*, *pro*, elle ira avec vous, *illa ibit tecum* : *dic* ellira avec vous : *rurſus*, elle y eſt, *illa illic eſt* : *dic* elly eſt : *hoc, finem exemplorum faciat* : cela eſt comme vne eſpéce de brocard, *eſt velut ſpecies ſcommatis* : *dic*, communeſpéce &c. *ac ea ipſa legendi loquendiq; ratio peroptima eſt. Nolim tamen vt hæc ita ad amuſſim obſerues, quin efferre illud ipſum*, e, *liceat, ſi lubet* : *at certè interpoſita aliqua mora vt vites cacophoniam* : *ſi vis, igitur, ita loquitor*: mon pére, et ma mére, ont ſoupé. *At verò ſi hanc legendi conſuetudinem amplexatus fueris, intelliges quidem quid legas* : *verùm ſi Gallos colloquentes audire contigerit, perpauca intellexeris: eo quòd in ſimilibus exemplis*

Licentia.

plis huiusmodi vocalem, e, *ad suauitatem retinendam (non quidem dedita opera, sed natura duce) absorbeant. Inde fit vt exteri putent nos admodum volubiliter loqui, ac veluti verba nostra deuorare: qui quidem error innascitur ob minus notas pronuntiationis regulas.*

Exceptio.

VT *nullum scrupulum à tergo relinquamus, néue lector in errorem incidat: caueat abscindere*, e, *fæm. ante*, j, *&*, v, *consonantes, vt hoc loco* ceſte voſtre jeune fille, *ista tua iuuenis filia*: *hìc non auferes*, e, *in* ceſte: *neque in* voſtre: *quia*, v, *hoc loco sit consonans, non autem vocalis*: *de*, j, *in* jeune, *idem iudicato.*

Legunt item nonnulli Galli, qui non se iudicant reliquis imperitiores, comment s'appelle-il? comment s'appelle-elle? *quî vocatur ille? vel, illa*: comment vous appelle-on? *quomodo vocaris?* comment l'appelle-on? *quomodo illum vocant?*

Ne autem linguæ nostræ penetralia lectorem lateant, & hoc insuper velim vt cognoscat, nostrates suauitatis ac decori adeo esse loquendo studiosos, vt etiam superiores, ac

diuersas alias dictiones literis adductitijs fæliciter molliant: vt non inuenustè dicant pro, s'appelle-il, s'appelle-til : *& loco,* comment s'appelle-elle, *efferant,* s'appelle-telle : *interserendo,* t : *tum cùm scriptum sit,* a-il diſné ? *pransus ne est ? proferimus adiiciendo,* t, a-til diſné ? *præterea pro,* que t'a-il-fait ? *quid tibi fecit? dices elegãter,* que t'a-til fait ? *hæc, & multa alia sic proferimus, quamuis non scribamus : contra verò nonnullæ sunt vocales (mirum) quæ scribuntur, quas tamen loquendo, non explanemus : vt* Madamoiſelle, Capitaine : *& si quæ sunt alia : vt aulico more dicamus* Madmoiſelle, mon Captaine: *ex quibus non simus contenti silere,* a, *in prima dictione, &,* i, *in secunda : verumetiam,* d, *&,* p, *tantum eneruamus, vt parum admodum exaudiantur.*

Duarum conſonantium regula.

Secunda capitalis regula.

QVoniam gallicum idioma (propter pronuntiationis, ac soni suauitatem) iurè lingua mulierum nuncupari potest, danda est opera vt candidus lector omnem asperitatem fugiat : imo prorsus abhorreat : quod certè facillimè effectum reddet, si cùm aliqua dictio

in

in consonantem desierit, & proxima vox à diuersa alia consonante incœperit, tum omittendo primam consonantem, membrum sine interposita mora legerit, hoc modo: scribunt G[illegible], vous parlez bien de dire qu'il n'est jamais trop tard pour bien faire : *rectè ais cùm dicis nũquam nimis serum esse ad bene agendum: at verò ita legunt :* vous parlez bien de dire qu'il n'est jamais trop tard pour bien faire: *si queras cur* s, *in* vous : z, *in* parlez, t, *in* est, s, *in* jamais, *relinquatur : quòd videlicet* p, *consonans det principium sequenti dictioni : atque*, b, *in* bien : j, *consonans in* jamais : t, *in* trop : *idem dicito ex*, p, *&* d: *mutescunt enim cùm loqueris : idque ob alias consonantes subsequentes : alia proponamus exempla:* belles paroles m'ont beaucoup servi: *bona verba mihi multum profuerunt : profertoac si ferme ita pingeretur :* belle parole m'on beaucou servi : parlez peu en vn banquet bien moderé, *pauca loquitor in conuiuio bene moderato : dic* parlez peu en vn banquet bien &c, *iterum :* dans deux mois je viendray à vous, *infra duos menses ad te veniam : nũc omittendo* s, *&* x, *effer* dans deux mois je viendré à vous : *ac sic de alijs iudicato. Si verò rectè memineris, superiùs dixi, si diuersæ*

Nota.

fuerint conſonantes, præcedentem (ad fugiendum aſperum & ingratum concurſum) minimè exaudiri: quocirca ſi ſimiles ac eiuſdem generis fuerint conſonantes, hæc obſeruatio nullum tenet locum: eo quòd nullum interueniat aſperitas: vt ſi dicam trop peu, *nimis parum: hìc binæ ſubſequuntur conſonantes, & tamen pronũtiando neſcis vtrum primum*, p, *efferam aut relinquam: idem iudicandum de duobus*, t, *duobus*, s: *& ſimilibus:* il vient tout tanté, *venit totus tentatus: aliud:* tous cés ſavans ſont ilz ſâns ſel? *omnes iſti docti ſunt ne ſine ſale? hoc loco vel voce continuata omnes pronuntiantur literæ: quia ſcilicet conſonantes quæ claudant dictiones, illæ ipſæ incipiant alias conſequentes: vnde fit vt nullæ naſcatur aſperitas. Huius generis ſunt*, c, *ſimplex ante*, e, *&* i, *atque*, ç, *caudatum ante*, a, *&* o: *non enim*, s, x, *nec*, z, *præcedentes, ac finem dictioni facientes, reiiciunt: eo quòd ſint prorſus eiuſdem prolationis: ita iudicato de*, ſ, *ante*, ch: *quia enuntiamus*, ch, *vt Angli* ſh: *atque Germani* cſh, *exemplum horum omnium afferamus:* lès cerimonies anciennes: ceulx-cy ſont gens de bien: *hi viri boni ſunt*: vous ſavez cela: *hoc noſti:* venez-ça, *veni huc: quamuis autem*

tem hæc duo, c, ç, *à tribus his consonantibus*, s, x, z, *forma, & sæpius natura atque sono discrepent, interdum sit tamen vt apud nos eundem induant sonum, vt hoc loco, ac proinde amicè inter se conuenientes, nullam asperitatem introducant: item*, ſ, *ante*, ch: *vt* toutes choſes choiſies changent, *res omnes selectæ mutantur. Quamobrem hìc videtur lapsus Ramus, quòd huiusmodi consonantes ante* ce, ci, ça, ço, *&* ch: *atq; similiter conturrentium, alteram apostropho amputarit.*

Ad hanc diuersarum consonantium regulam pertinent, j, *&* v, *cùm sibiipsis, vel aliis vocalibus iunguntur, tunc enim fiunt consonantes: atque ea ratione respuunt consonantem, quæ dictionem anteriorem claudat: hoc modo* eſtes vous jalous? *es ne Zelotipus? dicito ac si scriptum esset:* eſte vou jalous? *item*, ce ſont choſes vulgaires, et toutes vrayes: *sunt res vulgares, ac omnes veræ: esser:* choſe vulgaires, et toute vrayes: *nam*, v, *ante*, r, *apud nos aliquando fit consonans: vt in* vray, vrayement, ſuivre, yvrongne; *ebrius, a, um:* couvrir, ouvrir: *cooperire, aperire: & in paucis aliis:* je ne peux laiſſer ceſte compagnie tant j'y trovue de conſolacion, *nequeo relinquere hanc societatem, tan-*

j, & v, consonantes.

v, ante, r, fit consonãs.

tum in ea conſolationis inuenio: omittendo, ſ, *dic*: tan j'y trouve &c.

Exceptio.

De, n, litera, vide ſuo loco.

EXcipiuntur *ab hac regula*, n, *&* r: *nam (vt breuiter loquar) quocunque incidunt exprimuntur: ideo nullum à nobis exiges exemplum. Aduertes etiam vt ſemper ſonet litera*, c, *in hac dictione*, avec, *ſiue ſequens dictio vel à conſonante, vel à vocali incipiat: dic ergo*

avec { moy, toy, luy: } *cum* { *me, te, illo:*

ideo pro avec elle, *cum illa: dicito ac ſi ſcriberetur*, avekelle: *ratio autem eſt, quòd olim ſcriberent*, avecque moy &c.

Nonnulla item habemus vocabula in, ſ, *deſinentia, quæ cùm occurrunt, tibi pronuntianda ſunt integra: at ita tamen vt aliquantiſper ſuper*, ſ, *finem faciente immorêris, quomodocunque ſequens dictio inchoëtur: vt*, il a dépendu tout ſon bien, ſauf quelque péu de meuble: le meſchief que tu m'as procuré, *malum quòd mihi procuraſti*: du bœuf ſalé, *caro bubula ſale condita: dicito acſi ita inuenires*: le meſchief, que tu &c. *Effer*, nœuf heures,

heures, *nona hora* : neuveures. *Eandem ſibi vendicat moram hoc vocabulum*, ains, *ſed: nam quamuis diuerſa alià canſonans ſequatur, nihil de ſuo iure relinquit : ſed paulo longiùs ſuper*, s, *inſiſtendum eſt, antequam ad ſequentem dictionem accedas : vt nunc de litera*, f, *diximus : vt* je ne veu pas dire quelz ſont noz princes dau-jour-dhuy, ains quelz ilz doyvent eſtre : *nolo dicere quales ſint noſtri principes hodierno die, ſed quales eſſe debeant.*

C.

VBicunque inueneris hoc ç (*quod caudatum nuncupari poteſt*) *ante*, a, & o, *illud ipſum vt*, ſ, *efferto: vt pro*, venez ça garçon, *veni huc puer : dic ac ſi ſcriberetur*, venez ſa garçon.

j, & v, conſonantes.

VT *nihil relictum eſſet quod lectoris curſum tardare poſſet: curauimus*, i, *conſonantem ita excudi*, j : *itaq; dices*, jamais, enjamber : *ſimiliter*, v, *conſonantem hoc modo: vt* trouver, *inuenire : & ne tibi ambiguum foret, vtrum debeas legere* v-ray, *pro* vray : *deinde ne diceres* yv-rongne, *ebrius, a, um: ſed*, y-vron-gne : *& in ſimilibus.*

De ſimplici litera l.

NOn *ſatis bene inter ſe conueniunt noſtrates, de,* l, *litera in fine dictionis poſita: nonnulli ſiquidem ſunt (& quorum iudicio ſuffragari velim) qui ad dictionis finem nulla habita ratione ſequentis conſonantis, proferant,* l, *eo quòd liquida ſit & mollis: vt dicant,* il conviẹnt, *aut* il faut faire cela: *hoc faciendum eſt:* il dit, *dicit:* il vient, *venit:* qu'il dorme, *dormiat:* ils diſent, *dicunt: Aulici tamen in illis ac ſimilibus vocabulis illud ipſum,* l, *omittunt: quapropter lectorem hac in re liberum relinquo.*

De l, & ſ, in medijs ſyllabis.

QVoniam *de hac,* l, *litera nunc loquebamur, viſum eſt non abſurdum fore ſi totum illius negotium hoc loco abſolueremus: quia verò adeo lubrica ſit, vt nulla certa regula retineri valeat, obſeruabis hoc ipſum, nunquam,* l, *poſt binas has diphphongos* au, *&* ou, *exprimi, ſi cum conſonante iungatur: vt* aultrement, *aliter:* pouldre, *puluis: nam hìc & in ſimilibus non exprimis,* l: *qua de re te admonitum velim, vt cùm legeris alios libros ſine his caracteribus excuſos, re-*

lin-

linquas, l, *post huiusmodi diphthongos* : au, ou, *ni fortè excipias*, coulpe, *culpa* : poulpitre, *pulpitum*.

ſ, in medio.

QVam crucem hæc litera fixerit auditorum animis, nouerunt qui noſtræ linguæ operam dederunt : quia enim tam ſæpe diuerſas figuras recipiat, neſciuerunt animo deiecti, quo modo retinere valerent : nunc verò hunc nodum ſoluentes, lectorem ex tantis inuolucris explicemus. Fateor tamen multa in hoc opere doceri, quæ cum ſilentio præteriri poſſent (præſertim hæc & ſuperior regula) ſi omnia exemplaria cum notatis caracteribus in publicum (maximè verò ad peregrinos) prodirent : verùm dum hoc ſcribendi genus admittetur, hæc interim lectori neceſſaria exiſtimaui. Diſcat igitur peregrinus exprimere, ſ, etiam ſequente conſonante in medio dictionis, in quibuſlibet nominibus proprijs: vt Auguſte, Sebaſtien, Ausbourg, Eſpagne, *nec non omnibus nominibus ſectarum : vt* Anabaptiſte, Athéiſte, latiniſte : *denique omnibus ſubſtantiuis in* iſme, *deſinentibus : vt* barbariſme, cathéchiſme, judaïſme, *excipe*, abiſme.

Breuis exceptio.

A *Nominibus proprijs excipiuntur hæc:* Chriſt, *Chriſtus:* Baſle, *Baſilea:* Creſpin, *Criſpinus:* Eſcoce, *Scotia:* Eſtiéne, *Stephanus:* Hyeroſme, *Hyeronimus.*

Appendix.

ADdes nominibus proprijs hæc alphabetico ordine in his tabulis contenta: nam in his cum omnibus deriuatis, ſ, exprimes in medio. Quare ſi vel legendo, vel loquendo hæſitaueris vtrum in medio debeas exprimere, ſ, vel ſupprimere, ſtatim ad has columnas alphabeticas recurrito: tum ſi hìc inuenias vel dictionem ipſam, vel thema vocabuli de quo ambigis, ſine hæſitatione, ſ, proferto: ſin minùs, relinquito. Non hìc appoſui latinam explicationẽ, eo quòd ex noſtro gallico-anglico dictionario facilè poteris depromere.

A.

ABſconſe
abſterſif
abſtraction
acoſter
aduſte
agreſte
Alquemiſte
anagrammatiſme
anguiſtie
annaliſte
apoſtolique: *dic tamen*
apoſtre
apoſtaſie

apo-

apoſter
apoſtrophe
apoſtume
artiſte
aſpect
aſperges
aſperger
aſpérité: *tamen dices,*
aſpre
aſpirer
aſſiſter
aſtraindre
aſtres: *cum deriuatis ab aſtrum,*
aſtuce
ateſter
auſtère
auſtrale
auſtruche.

B.

BArbareſque
baſque
baſte
baſtille
baſtion
baſtonardes, *excipe* : baſton:
beſtiole
beſtialité, *dic*
beſte, & beſtelette
birraſque
biſcaye
biſcarié
biſcuit
blaſphémer
boſquet
bruſque.

C.

CAmériſtes
cataſtrophe
cauſtique
céleſte
chaſteté
circonſpect
circonſtance
ciſternes
clandeſtinement
cliſtère
combuſtible
confiſcation
conſiſtoire
conſiſter, *cum omnibus cõpoſitis à Sto, Stas: vt* reſiſter, aſſiſter &c.
conteſter
conſpirer, *& compoſita à ſpiro: vt* aſpirer, reſpirer &c.
conſtance
conſtellacion
conſte: *vt* il ne conte rien de cela.

cosmographie
costillier
constipacion
construire
conteſter
contreſcarpe
coruſcacion
contriſter
crépuſcule
criſtal
croteſque
curialiſte
cuſtode.

D.

DAmaſquiner
demonſtracion; *ſilet tamen*, ſ, *in ſimplici verbo* monſtrer, *cum deriuatis & cõpoſitis.*
debuſquer
deſaſtre
deſcripcion : *& alia ſubſtantiua in*, cion, *quæ proueniũt à compoſitis verbi ſcribo : vt* inſcripcion &c.
deſeſpérer
deſtituer
deſiſter
deſtinée
déteſter
digeſte
digeſtion
diſcontinuër
diſcorder
diſcourir
diſcrécion
diſcrépant
diſcuter
diſgrace
diſpenſacion
diſpoſer
diſpoſte
diſputer
diſtance
diſtamperé
diſtillacion
diſtinguer
diſtique
diſtraire
diſtribuer
diſturber
domeſtique.

E.

ECcleſiaſtique
égeſtion
embuſcade
enrégiſtrer
eſcabeau
eſcabreus
eſcalade

eſcam-

eſcamper
eſcarbillat
eſcarbot
eſcargot
eſcabreus
eſcarlatin : *dic tamen*
eſcarlate
eſcarpins
eſcarſelle
eſcopetterie
eſcouäde
eſclave
eſcrimer
eſpace
eſpéce
eſpérance
eſprit
eſquadron
eſtafier
eſtaſe
eſtamel
eſtimer
eſtocade
eſtomac
eſtrade
eſtradiots
eſtrapade
eſtropiat
évangeliſte.

F.

FAntaſtique
feſtin
fiſcal, *aut* fiſque
fiſtule
flaſque
freſquade
friſque
fruſtrer
funeſte
fuſte
fuſtiguer.

G.

GArgueſques, *aut* gargaſques
gaſtadors
geſtes.

H.

HAſpic
herboriſte
hiſtoire
hiſtrion
holocauſte
hoſpitalitié, *ſolùm*
hoſtie
hoſtilité.

I.

IAſpe
illuſtrer
impoſture
improviſte : *vt* à l improviſte:
inceſte

inconſtant
incruſtacion
induſtrie
ineſpérément
infeſter
inſiſter
inſpiracion
inſtable
inſtaler
inſtance
inſtinct
inſtigacion
inſtituer
inſtruire
inſtrument
inteſtins
inveſtiture, *ſolùm*
juriſtes
juſques
juſtice
juſtifier.

L.

LAnſquenets
légiſlateur
liſte
lourdeſque
luſtre.

M.

MAgiſtrat
majeſté
manifeſter
maſculin
maſque
maſtic
menſtrual
miniſtre
miſte
miſtère
miſtique
modeſte
moleſter
monaſtère
monſtre, *pro monſtrum, ſolùm*
moreſque, *aut*
moriſque
moſquet
moſquée
mouſtache
mouſtèle
muſcade
muſcadet
muſc
muſcles.

N.

NOn-obſtant.

O.

OBéliſque
obſcur
obſtacle
obteſter
obſtinacion

offuſ-

offuſquer
opuſcule
organiſte
oſtade
oſtentacion.

P.

PAnſioniſtes
papiſtique
paſteur, *ſed dic*
paiſtre
paſcal
paſtenades
perſiſter
peſte
piſteau
piſtolet
poſte
piſte
poſtérieur
poſtérité
poſtiles
poſtillon
poſtulacion
poſtule
poſtpoſer
poteſtats
phantaſtiquer
prédeſtinacion
prépoſtére
presbitére : *ſolùm*
preſtiges
priſtin
proſcrire, *cum omnibus compoſitis a, ſcrib.* deme *tamen* eſcrire, deſcrire, & reſcrire, *quæ quidẽ vellem vt l, non ſcriberent.*
proſpective
proſpérer
proſterner
proſtituer
proteſter.

Q.

QVeſtion, *vt* donner la queſtion &c, *id eſt*, la gehenne, *aut* torture.
queſtion, *ſolùm*: *id eſt*, *queſtio, onis.*

R.

Régiſtre
reſpecter
reſpectivement
reſpirer
reſplendir
reſtaurer
reſte
reſtituer
robuſte
ruſtique
ruſtre

S.

SAcriſtie
ſatiſfaire, *nonnulli tamen relinquunt*, ſ, *intactum.*
ſcholaſtique
ſeneſtre
ſequeſtrer
ſilveſtre
ſiniſtre
ſolſtice
ſophiſte
ſpaſme
ſubaſtacion
ſuſtituer
ſubminiſtrer
ſubſtance
ſugeſtion
ſuſpect
ſuperſticieux
ſuſpendre.

T.

TEmpeſtatif, *ac* tempeſtative *ſolummodo*
terreſtre
teſtament
teſticules
teſtiſſier
teſton
teſtonner
compoſita omnia à rrans, *præpoſitione: vt* tranſfigurer &c.
triſteſſe
turqueſque.

V.

VEſtiges veſtales
villaneſque
viſcoſité
viſtampanade.

EST & compendioſior via, qua quidem hoc negotium tractari poteſt: vt ſi dicas gallica omnia vocabula à latinis promanantia, in medio ante conſonantem retinere, ſ: *vt* eſprit, contriſter, diſtinctement, *quæ à ſpiritus, contriſtor, âris, diſtinctè, proueniunt. Sunt & nonnulla quæ excipiuntur, quorum numerum alphabetico ordine recenſere valerem:*

rem: vt hoſte, eſtablir: dégaſtement, *ab hoſpes, ſtabilio, deuaſtatio &c. quibus addere poſſes natiua quædam Gallica: vt* eſcarpins, maſque, eſtoc: *& pauca alia: verùm hæc, quam ſum ſequutus, eſt (meo iudicio) lectori certior faciliorque, & ſi paulo longior.*

De duplici l.

Quotieſcunque duo l, *ſequuntur aliquam harum quatuor diphthongorum* ai, ei, oi, ui, *non extremitate linguæ tibi pronuntianda ſunt, ſed tangendo oris palatum ipſius linguæ medio, vt loquendo molliores fiant, ac veluti in ore liqueſcant. Itali optimè exprimunt huiuſmodi,* ll, *in* voglio, meglio, duoglio: *& ſimilibus. Anglorum pueri cùm ipſam grammaticam deguſtare incipiunt, binas has literas facilè exprimunt in* luceo, ſaluto: *ſed corruptè pronuntiando: non enim ſyllabam,* lu: *extremitate linguæ enuntiant, ſed ipſo medio linguæ: quod & illud ipſum genuinè expreſſum reddunt anglico idiomate in* colier, *&* ſcollion: *quos Latini carbonarium & lixam vocant. Hiſpani in verbo,* llamò, *appellauit:* llorar, *plorare:* Igleſia, *Eccleſia:* lleno, *plenus, a, um: apprime exprimunt quod quæro.*

Quomodo Itali exprimant noſtra duo ll, poſt diphthongum.

In quibus vocabulis Angli pronuntiationem Gallicam imitantur.

Exempla erunt hæc : tailler, treillis, grenoille, fouiller, brouiller, bouillir, *in quibus non exprimimus*, ll, *vt Latini*, la, lo, lu : *sed vt antea demonstrauimus, vbi notabis*, i, *in huiusmodi syllabis*, aill, *&* ouill, *& frequenter in alijs duabus*, oill, *&* eill, *inseruire tantum vt significet illa duo*, ll, *liquescere.*

Nota. *Hoc exemplo facilè inuenies discrimen in hoc quod volumus :* baller, *tripudiare : &* bailler, *dare : illum infinitum*, baller, *ipsa linguæ extremitas exprimit : hunc verò*, bailler, *medio linguæ pronuntiamus, molliter tangendo oris palatum : præterea, si examinaueris prolationem sequẽtium harum dictionum, facilè inuenies quantum vis habeat hæc vocalis*, i, *vel præposita duobus*, ll, *vel postposita : vt in* bailler, *quia*, i, *præponitur*, ll, *facit dictionem dissyllabam hoc modo :* bailler, *cuius vltima liquescit : in hac autem dictione*, ballier, *verrere : quia*, i, *vocalem postposuisti duobus*, ll, *significationem & prolationem mutauisti : ita vt trissyllabam facias dictionem, & penultimam syllabam pronunties extremitate linguæ, sic* bal li er : *sequuntur hanc pronuntiandi rationem* baillay, *dedi : &* ballay, *verriculum : nam primum molliùs effertur propter diphthongum, alte-*

alterum verò duriùs: qua in re vt ſtudiosè te exerceas, moneo.

Exceptio.

ANguille, avillir, cavillacion, eſtoille, tranquille, ville, *cum deriuatis, extremitate linguæ efferuntur.*

Additio.

SVperioribus hæc adduntur: *quamuis enim ſine diphthongo ſcribantur, nihilominus tamen linguæ medio (vt ſupra docuimus) efferenda ſunt: ac primò voces omnes in* illon, *deſinentes: vt* papillon, vermillon, eſchantillon &c. *tum hæ ſequentes cum deriuatis:*

Voces in *illon*, molleſcunt.

baaller	Caſtille	filleul
babiller	Cornille	filleule
fretiller	canetille	tillac
petiller	bille	eſcarbillat
entortiller	lentille	coſtillier
eſtriller	famille	formilliére
griller	faucille	artilleríe
abiller	volatille	Hillot
eſſoriller	fille	millet
carrillonner	fillaſtre	perilleux.

quæ omnia moliùs efferenda veniunt.

M.

GAlli ſemper ad dictionis finem, & ſæpius ante conſonantes efferunt, m, vt n: *dic*

ergo pro nom, champ, faim, temps, *nomen campus: fames: tempus: ac ſi eſſet excuſum:* non, chan, fin, *(breuiter admodum ad differentiam*, fin, *finis)* tans: *ſi igitur velles dicere, ſum famelicus: ſcribitur* j'ay faim: *at legitur*, jé fin: *item eamus rus*: allons aux champs: *enuncia*, allons aux ſhans: *tum pro, fac tuum computum*: faites voſtre compte, *effer* fétes voſtre conte: *Veruntamen dicunt nonnulli in ſingulari numero* prompt, *promptus, ſed addendo*, s, *dices ac ſi eſſet*, prons: *prompti.*

N.

DIximus antea (cùm ageremus de diuerſis conſonantibus) n, *vbique exprimi: velim tamen excipias tertias plurales verborum omnium per*, ent: *terminatorum, eo quòd partim auferant illud ipſum*, n: *vt* ilz mangent, *illi comedunt*: ilz mangeoyent, *comedebant*: ilz mangêrent, *comederunt*: *dic (trahens vltimam ſyllabam ad*, e, *fœmininum)* ilz mangent, mangeoyent, mangêrent. *Dixi tertias plurales, ne confundas aliquot tertias ſingulares in*, ent, *finientes*: *vt* il / elle { vient, tient: *nam hìc planè efferemus*, n. S, vt Z.

S, vt Z.

Consueuerunt nostrates efferre, ſ, *inter duas vocales in medio dictionis vt*, z: *vt pro* choſe, couſin, philoſophe: *dic* ſhoze, couzin, filozofe: *& vt meliùs discrimen discernas inter*, ſ, *simplex & ſſ, duplex inter duas vocales, hæc examina*: poiſſon ſans vin eſt poiſon: ambraſſer, ambraſer. *Contemnunt hanc regulam tria hæc vocabula*, préſupoſer, reſentir, reſembler: *quæ sic proferes*: preſſupozer, reſſentir, reſſembler, *quaſi duo*, ſſ, *habentia. Vtinam vſus admitteret vt loco*, ſ, *inter duas vocales*, z, *scriberemus.*

Diſcrimen ſimplicis, ſ, à duplici.

Bifariam ſcribunt dictionem hanc, prinſe, *capta: nonnulli*, priſe, *alij verò* prinſe: *quod ſi fiat, vt* la ville eſt prinſe, *dic* prinze: la prinſe du Roy, *aut* priſe du Roy: *regis captio, apprehenſio, aut detentio.*

Prinſe, & priſe.

T.

Aliquando enuntiamus, t, *vt latini, quaſi eſſet* ſſ, *duplex: vt pro* diction, impoſition, deſcription, conjonction: *dic* dicſion, impoziſſion, deſcripſion, conjoncſion: *Angli eandem ſequuntur pronuntiandi rationem: ego verò per*, c, *malim ſic*: diccion, impoſicion &c.

X.

GAllis *exprimitur*, x, *in dictionis fine veluti*, s, *vt loco* deux, *dic* deus, *duo*: dix, dis, *decem*: prix, pris, *præcium*: cheveux, cheveus, *crines*: doux, dous, *dulcis*.

Exceptio.

x, vt z. PErplex, *excipitur*: *at verò*, x, *in medio harum dictionum exprimitur vt*, z, deuxieſme, *ſecundus, da, dum*: ſixieſme, *ſextus, ta, tum*: dixieſme, *decimus, a, um*: ſeixieſme, *decimus ſextus, ta, tum*: *dic ac ſi ſcriberes* deu-zi-eſ-me, ſi-zi-eſ-me: &c. *Notabis inſuper* ſoixante, *ſexaginta*: lexive, *lixiuium*: Bruxelles, *Bruxellæ, larum*: *exprimi ac ſi depingerentur duplici*, ſſ, *hoc modo*: ſoiſſante, Bruſſelles, leſſive.

x, vt duplex, ſſ.

In cæteris latinos ſequimur: *vt* extraordinaire, exalté, exaulcé.

Y.

Y &, i, *inter duas vocales ſic differunt, vt*, y, *nunquam iungatur vocali vt ſit conſonans, imo ſemper, loquendo, à ſequente vocali ſeparatur*: *vt* ayons, *habeamus*: voyez, *videte*: *& infinita prope alia, quæ ſic pronuntiantur*: a-y-ons, vo-y-ez: *caue dicas* a-yons, vo-yez,

vo-yez, *vt nonnulli inepti affectatores introducere voluerunt: quos certè imitari videntur qui*, i, *pro*, y, *in media syllaba incautè depingunt: præbent enim ansam exteris vt pronuntient*, i, *tanquam consonantem, non vt vocalem: ac pro* vo-y-oyę, *videbam: dicant*, vo-joyę: a-y-ant, *efferant*, a-jant: *in quem errorem ne exteri incidant, moneo: & vt nostrates huic vitio aperire fenestram, desinant.*

Cæterùm vsus vult vt promiscuè, y, *pro*, i, *& contra, vtamur: at verò vtrum iustè hoc fiat nec ne, hoc loco non disputo.*

Hactenus de simplicibus literis (quæ ad nostrum propositum pertinere videbantur) tractauimus: nunc ad coniunctas, vel quasdam syllabas nonnihil difficultatis parientes, descendamus.

Ain, & ein.

IN vocibus quæ per ain, *&*, ein, *finiunt, omnino prætermittimus*, a, *&* e, *vt dicamus pro*, demain, *manè*: la main, *manus*: demin: la min: lés saints, *sancti, auferendo*, a, *dic ac si scriberes* sins: *sic pro* plein, *plenus*: peinęt, *pictus*, ceinęt, *cinctus*: *dic* plin, pint, cint: hautain, *elatus*: hautin. *At verò*

hìc cautè attendas neceſſe eſt: nam vbi, e, *immediatè poſt*, n, *ſequitur, tunc temporis*, a, *&*, e, *ſuarum viriũm nonnihil recipiunt, quia*, i, *cum altera iunctum, facit diphthongum, & idcirco diphthongi retinetur prolatio: vt* balaine, ſemaine, capitaine: *in his nec*, a, *nec*, i, *in proprio ſuo ſono exaudiuntur, ſed coäleſcentes in diphthongum, induunt naturam ac prolationem*, è, *apertiſſime hiantis: itaque Ramo huiuſmodi dictiones ſic depingerentur:* balène, capitène: *cui proculdubio facilè aſſentirer, ni analogia plurimarum aliarum dictionum me auerteret: exemplum proferamus:* Romain, certain, vilain, ſouverain, *auferendo*, a, *ſic efferuntur:* Romin, certin, vilin, ſouverin: *& ſic de alijs: ſed addendo*, e, *fœminirum, totam mutas prolationem: vt* Romaine, *romana:* certaine, *certa:* vilaine, *ſordida, vel agreſtis: quibus apparet in quam incideremus abſurditatem, ſi per*, è, *apertum hæc ſcriberemus.*

Normani vbi, i, nimium efferunt.

Quam pronuntiandi rationem Burgundi, atque Normani minùs intelligentes, faciunt vt in vocibus in, aine, *terminatis*, i, *plus iuſtò exaudiatur: quod quidem delicatis Gallorum auribus rude admodum ſonat.*

De

De ai, & ay.

HAE *syllabæ duæ diuersos induunt sonos, sed pro temporis & loci ratione: nam tria hæc verba:* j'ay, *ego habeo, aliquando inuenies*, ay, l'ay, t'ay: sçay, *scio*: nay, *natus: efferuntur omnino per*, é, *masculinum: ita vt nonnulli sic scribant huiusmodi dictiones:* j'é, scé, né: *quibus non multum repugno: quia verò non omnes sequuntur istam orthographiam, cùm illas inueneris per* y *grecum scriptas, vt illas ipsas per*, é, *masc. efferas, moneo: quibus addito omnes primas singulares futuri temporis modi indicandi, vt quæ semper in*, ay, *finiant: ac proinde tanquam*, é, *masc. tibi exprimuntor: vt* jé { diray, dormiray, liray, } *dicam, dormiam, legam.*

sic legito ac loquitor je { diré, dormiré, liré. } *& sic de alijs.*

Quantum verò ad primam personam primi perfecti modi indicandi, quæ aliquando desinit in, ay, *præsertim si infinitiuus finiat in*, er, *vt* je chantay, j'allay, je marchay, *cantaui, iui, ambulaui: eodem modo effertur ac scribitur: quamuis à nonnullis pronuntie-*

Prima singul. primi præter. binam nacta est prolationem.

tur per i, *ac ſi ita ſcriberetur*: je chanti, j'alli: *ſed vtram pronuntiationem amplexetur lector, non multum moror: verùm quomodocunque efferas, ſemper per*, ay, *ſcribitur.*

Animadverſio.

Verùm hìc animaduertas oportet vtrum, a, *vel*, e, *ſequatur*, y, *tam in verbis, quàm in nominibus: quandoquidem tres vocales per ſe diuiſim tunc faciunt totidem ſyllabas: vt* ayant, ayez: voyant, voyez: abbaye, *cœnobium*: loyer, *remuneratio: efferto hæc & ſimilia, ac ſi ita ferme diuiderentur*: ab-ba-y-e: lo-y-er: *ſed celeriori ſpiritu efferuntur: vide quomodo latinè effers* Eſayas: *& ita huiuſmodi dictiones pronuntiatio, vt* Eſaye, *dic* E-ſa-y-e.

Prima tamen perſona imperf. modi indicandi (quia bifariã ſcribitur) excipienda eſt: nonnulli ſiquidem ſcribunt, j'aimois, *amabam*: je liſois, *legebam*: *alij verò ſic*: j'aimoye, liſoye, j'alloye, *ſcribendo*, e, *loco*, s: *quibus aſtipulor: ſed tamen proniũtiando quaſi ita ſcriberes*: j'aimoe, liſoe, j'alloe: *quibus addito hoc ſubſtantiuum*, la voye, *via*: *ſed trahendo vltimam ſyllabam: quas quidem binas ſcribendi rationes amplexantur Poëtæ: vt vel* je chantois, *vel* chantoye *dicant, pro metri ratione, vt antea demonſtrauimus:*

mus: *id eſt*, chan-to-ye.

Cæterùm, ai, *tenet medium inter*, a, & e, *vbicunque locorum inueniatur*: *vt* faire, complaire, ſalaire: *hoc loco*, a, & i, *coäleſcunt in diphthongum*, *ideò multum ſonant*, *veluti*, è, *apertum*: *cùm Angli dicunt*, gaye, *elegans*: maye, *mayus*: ſaye, *dic*: gate, *porta*: to gape, *hiare*, *pulchrè exprimunt*, ai, *gallicum*: *verùm in hoc differimus*, *quòd non ita trahimus huiuſmodi gallicas ſyllabas*, *vt ipſi Angli anglicas*.

Exceptio.

Nihil virium habet hac regula cùm, i, *duos recipit apiculos vt in* hair, *odiſſe*: païs, *patria*: *nam ſic efferuntur*: ha-ïr, pa-is: *nonnulli ſunt qui in*, aide, *adiumentum*: aider, *iuuare*: *plus æquo exprimant*, i, *quod certè non placet*: *nimium enim ſapit Normanorum ſolum*.

Ch.

SI quis nouerit quomodo Angli pronũtient, ſh, & *Germani* ſch, *facilè & noſtrum*, ch, *pronuntiabit*: *effer igitur*, chapitre, *capitulum*: chiche, *parcus*, *ca*, *cum*: *quaſi eſſet ſcriptum* ſhapitre: ſhiſhe: *Flandri molliter*

nimis, contra verò Itali paulo duriùs quàm par sit, huiusmodi dictiones efferunt.

Exceptio.

AB hac regula excipiuntur propria nomina, quæ quidem, a, *&* o, *post,* ch, *habeant: vt* Chanaan, Zacharie: *quibus addito hæc appellatiua cum deriuatis:* cholère, *cholera:* chorde, *chorda:* eschole, *schola:* Echo: *nam hìc,* ch, *pronuntiatur, vt* k, *dic ergo ac si scriberetur,* kolère, ékole, corde, Eko.

De syllabis, em, en, & ent.

VBicunque inueneris, e, *ante,* m, *vel ante,* n, *siue in principio, medio, vel fine dictionis, fac vt in prolatione medium teneas inter,* a, *&* e: *vt* embellir, emprunter, entendement, *intellectus*: attentivement, *attentè: vide vt pronunties ac si ferme ita scriberetur*: ambellir, amprunter, antandemant: attantivemant: *in huiusmodi dictionibus pronuntiandis medium tenentes, nec,* a, *nec,* e, *plenè efferimus.*

Exceptio.

VErba omnia pluralia in, ent, *desinentia excipiuntur: de quorum pronuntiatione satis fusè supra diximus folio 62.*

Alia

Alia exceptio.

HAE, *ac diuersæ aliæ dictiones pronuntiandæ sunt vt scribuntur: nimirum per*, c: mien, tien. sien, lien, bien, *vel iungendo*, s, biens, liens: *quibus in genere addi vellem omnia vocabula in*, ien, yen, *&* ient, *terminantia, aut si mauis*, i, *ante*, en, *habentia: vt* convient, *conuenit:* moyen, *modus:* doyen, *decanus:* terrien, *terrenus: & reliqua: quæ si efferantur per*, c, *meo sanè iudicio meliùs gallicæ suauitati inseruient. Quod reliquum est, pronuntia hoc vnicum vocabulum*, gehenne, *gehenna: vt* jenne. Gehen ne.

Es, & cz.

QVantum errent *qui*, s, *pro*, z, *& contra*, z, *pro*, s, *promiscuè scribunt, binæ hæ dictiones iudices sunto: videlicet*, chantes, *cantas: &* chantez, *cantatis: nam in*, chantes, aimes, dansés, toutes, homes, *& id genus*, es, *pronuntiatur vergens ad*, e, *fœmininum: hoc est intermortuè, vt aliâs diximus: at verò in* chantez, dansez, *ac reliquis in*, z, *desinentibus*: ez, *acutiùs multò effertur, trahens vltimam syllabam quasi ad latinorum vsum seu pronuntiationem, cùm exprimunt lapi-*

des, dies, ſpecies: quamuis tamen non tantum hiemus.

Sed vt rem tibi notiorem reddamus, examina hæc per, es, *&* ez, *terminata: & inuenies quantum inter ſe diſcrepent, non ſolùm ſcriptione, ſed & ſono*: martiriſes, *martiriſas*: devaliſes, *prædaris: hìc penultima longa eſt: vltima verò breuis: quas dictiones ſi feceris plurales, ſimul quantitatem cum orthographia mutaſti: vt* martiriſez, devaliſez, *vbi ſonus & accentus tranſit ad vltimam.*

Nota.

Nec ſolùm hæ duæ ſyllabæ ſono inter ſe diſcrepant, vt iam oſtendimus: ſed & (vt Galli hoc tempore ſuum idioma depingunt) hæc vna ſyllaba, es, *finem dictioni faciens, non ſatis ſibi conſtat, ſed diuerſos induit ſonos: negocium peregrinis non parum moleſtum. Scit enim exterus quo pacto*, es, *in dictionis fine pronuntiandum ſit, ore videlicet ferme clauſo: ſed cùm has inuenerit: monoſyllabicas dictiones*, mes, tes, ſes, ces, les, des, *& ſi quæ ſunt aliæ: nonne illas pronuntiabit vt vltimum in*, ames, hoſtes, choſes, novuelles, ſentences, demandes? *Neceſſe eſt igitur (ad hoc incommodum vitandum) vt diuerſa, e, habeamus, ad diuerſos exprimendum*

Monoſyllabæ in, es,

dum ſonos. Quis ergo prohibebit, è, *apertum huiuſmodi vocibus affigere, quæ magis latam & apertam prolationem efflagitant? Quocirca non erit ab orthographia abhorrens, ſi talia ita ſcribamus:* mès, tès, cès, *& reliqua id genus, propterea quòd ore magis aperto efferantur: vt quemadmodum ſono, ſic & orthographia, diſcrepent. Eiuſdem erunt ſortis,* eſpèce, Lucrèce, *& multæ aliæ, quæ pronuntiatione differunt in, non dicam, ſimili, ſed vna & prorſus eadem ſyllaba: noſtrates cæcutientes ſcribunt,* eſperance, *ſpes:* & eſpece, *ſpecies: vno & eodem modo, quantum ad primam & ſecundam ſyllabam attinet: at verò quia ſecundæ ſyllabæ ſono non conueniunt, hinc orthographiæ oritur error: nam ſecunda in,* eſperance, *acuta eſt: hoc modo igitur vt ſcribatur neceſſe eſt:* eſpérance: *at quia eadem ſyllaba in,* eſpece, *hiat:* & *hanc ſortiatur orthographiam ratio iubet:* eſpèce: *quod quidem,* è, *apertum ſequentes ac ſimiles dictiones admittere debent:* père, mère, frère, auſtère, monaſtère. *Deinde ad differentiam vltimæ ſyllabæ,* treſcher, *cariſſimus:* & cacher, *abſcondere: quia igitur prima dictio hiat, ſic depingatur;* treſ-cher.

Quando s, in dictionis fine ſcribi debeat, non autem, z, & contra.

Cùm dictio in ſingulari numero deſinit per e, *fœm. ſi illã feceris pluralẽ, caue ſcribas*, z, *ſed*, s: *vt* ḥome, *homo*: pome, *pomum*: *ſcribe in plurali* ḥomes, pomes &c. *Sin autẽ deſierit dictio per* é, *maſc. tunc ſcribes pluralem per*, z: honeſteté, honeſtetez: meſchanceté, *dic* meſchancetez: bonté, *dic* bõtez: deïté, deïtez: *In verbis item hæc ſcribendi ratio obſeruatur*: *vt* aimé, *amatus*: amadouë, *delinitus*: condemné, *condemnatus*: *pinge in plurali*, aimez, *amati*: amadouëz, *deliniti*: condemnez, *condemnati*: *item ſecunda perſona ſingularis omnium verborum mutat*, es, *in*, ez, *faciens ſecũdam pluralem*: *vt* tu chantes, *tu cantas*: vous chantez, *vos cantatis*: tu danſes, *tu tripudias*: vous danſez, *vos tripudiatis*.

Quomodo, gn, pronuntietur in dictionis medio.

Quantum negotij hæ literæ Anglis faceſſant, nouerunt hi, qui linguam noſtram illos quotidie docent: cùm enim aliquam dictionem, gn, *in medio habentem inueniunt, illam ipſam pronuntiando, ſeorſim*, g, *ab*, n, *ſeiun-*

ſeiungunt: *vt in* montagne, *mons*: *dicunt* montag-ne: *pro*, magnanime, *efferunt*, mag-na-ni-me: *quod certè non facimus: ſed liqueſcentę*, g, *atque molliter tangendo palatum ipſius linguæ medio, dicimus* ma-gna-ni-me, ma-gni-tu-de, cham-pa-gne: *caue imprimis ſepares*, g, *ab*, n: *ac dicas* mig-nardiſe: *ſed imitare Italos cùm pronũtiant*, magnanimo, magnifico, Signore: *illi quidem optimè noſtrum*, gn, *exprimunt. Angli pronuntiantes*, minion, *perbellè id exprimũt de quo hìc agimus: quandoquidem exprimimus*, mignon, *vt ipſi: nam quem habemus hominem vel puerũ in delicijs, vocant ipſi*, minion: *nos verò*, mignon: *quæ quidem dictio eandem nacta eſt ſignificationem & prolationem apud vtramque gentem. Ideo cùm Angli inuenerint huiuſmodi dictiones*, gn, *in medio habentes, ſtatim in animum reuocẽt Anglicum hoc vocabulum*, minion: *inde fiet vt talia illis fiant pronuntiatu facilia. Antiqui Gallorum ante*, gn, *affixere*, i, *vocalem: præſertim cùm*, a, *præcedit: vt in*, gaigner, baigner: *idque nulla alia de cauſa, vt exiſtimo, niſi vt*, gn, *loquendo liqueſcerent: id eſt molliùs pronuntiarentur: neque ego cur ita fecerint, aliam ſatis firmam habeo rationem.*

Exceptio.

IN, coĝnoiſtre, *cognoſcere, cum deriuatis, & omnino muteſcit: idem iudicato in*, ciĝne, *cignus*: reĝnard, *vulpes*: ſiĝne, *ſignum.*

De oy, & oi.

EFferimus, moyne, *monachus: & omnia vocabula in*, oy, *terminata vt* moy, toy, loy: *tanquam ſcriberentur per*, oė: *vt dicamus* moėne, moė, toė, loė, Roė, foė: *aduerte*

Royne. *Gallos ſcribere* Royne, *& proferre*, Rynne: oi, *habet eundem ſonum vt per*, oė, *exprimatur*: *vt* oiſeau, *auis*: oiſeus, *deſidioſus*: droit, *æquitas*: *dic* oėſeau, oėſeus, droėt. *Quòd ſi*, n, *ſequatur*, i, *tunc mutatur prolatio*: ſoin, beſoin, moins, coins, point, pourpoint: *in his & ſimilibus*, i, *ſuam retinet naturam: vt dicas ac ſi ferme ita diuiderentur*: pour-point &c.

De gu, ante, a, e, & i.

VBicunque inueneris, gua, *fac vt pronuncies vt primam ſyllabam in*, Gabriel: *quæ quidem pronuntiandi rationem ſequêris in*, gue, & gui: *caue ergo diuidas vltimam in*, langue, *lingua*: *vt dicas* lan-gu-e: ba-gu-e: lan-gu-ir: *ſed dices*, lan-gue, ba-gue, lan-guir:

ſi

ſi aliquando audiuiſti Germanos pronuntiantes latinas has, aut ſimiles dictiones, angelus, virginis, magiſter, flagellum: *exprimunt ſecundas ſyllabas harum vocum, vt nos noſtrum*, gue, & gui: *ita vt ſi aliquis noſtratum ſcriberet ſecundum illorum prolationem, ſic à noſtris depictum videres*: anguelus, virguinis, maguiſter, flaguellum.

Cùm Angli dicunt gallop, gallowes, giving, getting, giſard, gilt: *in his & ſimilibus facilè exprimunt*, gua, gue, gui, *de quibus nunc agimus.*

Exceptio.

S*Ex excipiendæ ſunt dictiones: quarum aliæ triſſyllabæ ſunt: vt* Guïſe, j'arguë, *ego arguo*: aiguë, *acuta*: *quas ſic pronuntiabis*: Gu-ï-ſe, *dux Guiſianus*: j'ar-gu-ë: ai-gu-ë: *reliquæ tres quadriſſyllabæ*: contiguë, ambiguë, eſguïſer: *dic ergo*, con-ti-gu-ë: ambi-gu-ë: eſ-gu-ï-ſer: *vt* allez eſguïſer mon couſteau: *acuito meum cultrum*: c'eſt choſe ambiguë: *eſt res ambigua.*

De qu.

F*Ac vt*, k, *tibi inſeruiat pro*, qu: *vt loco*, qualité, qualibre: *dic ac ſi eſſet*, kalité,

kalibre: *pro*, querelle, quelle, *efferto* kerelle, kelle: *loco*, coquille, maquignon, *dic* cokille, makignon: *& vt breuiter dicam pro*, qua, que, qui, *dic* ka, ke, ki. *Vellem idcirco vt*, q *veluti ſuperfluum ac malè quadrans noſtr ſcriptioni, à nobis omnino exularet.*

Th.

QVas *inueneris dictiones per*, th, *vt* Thomas, Nathanaël: *illas proferto per*, t *ſimplex ſic*, Tomas, Natanaël.

Raræ animaduerſionis regula.

MIrum, *fortaſſe, inuenies quòd multæ literæ apud nos aliquando ſileant, quamuis ipſum membrũ, ſententiam, vel ipſam periodum claudant*: b, *primo exemplo dabit principium, ſed in vnica hac dictione*, plomb, *plumbum*: *quam ſic efferes*, plon: d, *ſequetur*: *vt* vous me blecez le pied, *mutilas mihi pedem*: vn nid, *nidus*: il eſt nud, *nudus eſt*: *dic* blecez le pié: il fait chaud, *calet*: *effer*, chau: g, *eandem habet conditionem*: *vt*, ce poiſſon eſt de mon eſtanḡ, *hic piſcis eſt ex meo ſtagno*: *profer*, eſtan, *trahendo vltimam*: le joug, *iugum*: *dic* jou, *breue*: l, *etiam ſilet*, *etſi*

etsi in fine: *vt pro* le col, *collum*: licol, *cervical*: fol, sol, mol, genoil, la solde, *auctoramentum*: il est saoul, *satur est*: *dic*, le cou, licou, fou, sou, mou, genou, la soude: je suy sou, *satur sum*: *quod si addas*, s, *dices pro* ce sont folz, *stulti sunt*: *ac si esset*, fous, *longam faciens syllabam*: deux solz, *duo asses*: deux sous, *admodum breuiter*: les genoils, *genua*: les genous: ilz sont tous saouls, *omnes saturi sunt*: *dic* tous sous, *satis productè*: *dicimus tamen* vn escu sol, *coronatus solis*: Escu sol. il monstre le cul, *monstrat podicem*: *dic* le cu: j'ay veu le loup, *vidi lupum*: *dic*, le lou, *breue*: *ac pro* Noel, *natalis Domini*, *dic* Noë: t, *etiam silet in duabus his dictionibus*, doigt, *digitus*: *&* toict, *tectum*: *dic ergo*, doi, *admodum breuiter*: *vt* j'ay coupé mon doigt, *abscidi digitum meum*: je ne suy digne que tu entres soubz mon toict: *& vt huic regulæ finem imponam*, *nunquam proferes*, t, *in hac coniunctione*, et, *siue consonans*, *siue* et, quî proferendum. *vocalis sequatur*: *vt si quispiam manè te salutando diceret*: Dieu vous doint bon jour Monsieur, *bonus dies Domine*: *si placet sic respondeto*: et à vous aussi, *& tibi quoque*: *efferendo ac si scriberes*, é à vous aussi.

Regula prolationis, decori multum inſeruiens.

NEc multum ab inſtituto aberrare videbimur, ſi poſtquàm ſyllabatim lectorem noſtrum huc euexerimus, illum ipſum ad membrum plenamque ſententiam rectè pronuntiandam inſtruamus. Videat igitur imprimis verba verbis ita decenter inter ſe connectere, vt non ſolùm membra, imo etiam integras ferme ſententias ſic inuicem concatenare, vt continuo vno ſpiritu & voce prolata, non diuerſa vocabula, ſed vna ſola dictio vndeantur.

Hoc ſiquidem effectum dabis, ſi cùm aliqua dictio deſinat in conſonantem, & ſequens incipiat à vocali, tum binas dictiones, loquendo, ita coniungas, vt in vnam veluti dictionem coäleſcant, hoc modo: levez vous, car il en eſt heure, *ſurge, nam hora eſt: ſic legito ac loquitor, ſed per ſyllabas primò:* ca ri len neſ teure: *quas ſic loquendo, in vnum ſimul connectes:* carilanneſteure: *aliud exemplum:* nous avons aſſez mangé, *ſatis comedimus:* aviſez y, *huic rei proſpicite: dic efferendo,* s, *vt,* z: nou zavon zaſſez mangé: avizé zy: *quæ quia volubilitate quadam inter ſe connectun-*

ctuntur, *vt videtis, hinc fit vt videamur exteris, verba noſtra quaſi abſorbere: iterum:* voi-cy de bon or, et bon argent, *hìc eſt optimũ aurum & argentum: dic,* bon nor, et bon nargent: tout ainſi que tu fais aux autres, il te ſera fait, *vt alijs facis, ſic tibi fiet: dic,* tou tin ſi ke tu fai zau zautres: vous eſtes vn home de bien, *bonus es vir: effer,* vou zeſte zun nome de bien: *nunc diuiſas has ſyllabas nectendo, ac ſine aliqua interpoſita mora ſimul efferendo, ſic dices:* vouzeſtezunnome de bien: *hæc phraſis finem exemplis imponat:* il eſt allé avec eux, *iuit cum illis: dic,* ileſtallé avec keux.

Hìc Angli capiunt (vt exiſtimant) iuſtam carpendi occaſionem, quòd videlicet dicant ſe quicquid legant intelligere: at cùm nos audiunt inuicem confabulantes, ne verbum quidem, aiunt, ſe percipere poſſe: quì certè error non à nobis oritur, ſed ab his qui gallicam pronuntiandi viam minùs nouerũt. Verùm quam, loquendo, præcipitationem Angli nobis imponere volunt, illam ipſam in eos reÿcere hoc loco decreuimus. Magnum exiſtimant in noſtra lingua vitium quòd aliter ſcribamus, & aliter loquamur: cui obiectioni ſatis fusè reſpondimus: ac etiam nunc quas

putant ſuperabundantes literas, loquendo aliquod ſui veſtigium relinquere conſtanter affirmamus. Quòd autem ad verba quæ dicunt nos inuicem colloquentes ſimul conglomerare, ſuperior (de qua nunc egimus) regula ſatis amplè facere videtur: quin & ipſimet eandem ingrediuntur viam: vt, cum dicant: it is made in Englande, *confectum eſt in Anglia, proferunt ac ſi ita ſcriberetur:* ittis madin nIngland. *Sed quomodo hæc defendent? vbi totum membrum, ne dicam ſententiam, abſolutè ſcribant: at verò cùm ventum eſt ad prolationem, ne literam ferme in orthographia à lectore inuentam, proferant: vt rectè quidem ſcribant:* God be with you *id eſt, Vale: quod ſi verbum verbo reddatur ſonat, Deus ſit tecum: Sed quomodo Angli hoc pronuntient, peregrino diuinandum eſt: efferũt enim, vt plærunq;, ac ſi ita ſcriberes,* God bouï: *hìc vides affinitatem ſcriptionis, & prolationis: verùm hæc ferenda ſunt, ni peius contingat: ſcribunt enim,* much good may it do vnto you: *hoc eſt, proficiat: at ita loquuntur:* much gouditi: *producendo vltimam: hìc autem vide monſtrum:* God geue you a good eueninge: *latinè, bonus veſper: ſed ita efferto:* godi goden.

Hæ

Hæc autem non à me dicuntur vt linguam reprehendam (est enim copiosissima, & ad exprimendos animi sensus aptissima) sed vt ostendam nos veluti lippientes minùs errores nostros cernere, cùm aliorum lynceis oculis inspiciamus. Fatẽdum est tamen nos aliquando in errorem sine dubio labi: vt cùm pro avez vous disné ? *pransus es ne? efferimus* avoo disné. *Sed de his fusiùs, cùm de verbarũ contractione disseremus.*

Quæ syllabæ loquendo longiores.

Quantitas in lingua gallica.

HAEc de simplicibus, & compositis literis dicta sunto: nunc de quarundam syllabarum sono, tempore, & quantitate aliquid attingamus. Nemini dubium est penultimam in, legêrunt, vel legêre, apud Latinos longam esse: sic & nos eam ipsam admodum longam trahimus: quæ quidem facit tertiam personam pluralem primi præteriti Gallorum: dicimus enim, ilz aimêrent, *amauerunt:* elles conclûrent, *illæ concluserunt:* dormirent, *dormierunt:* parvindrent, *peruenerunt:* lûrent, et relurent *legerunt, ac relegerunt:* voulûrent, *voluerunt:* dirent, *dixerunt:* en-

Primum præteritũ Gallorum.

voyêrent, *miſerunt : quas quidem ſyllabas in omnibus meis operibus hoc accentu inuenies notatas, vt pedetentim diſcas eas tibi familiares reddere.*

Alia quantitatis regula.

NOmina omnia *in*, able, ible, aſe, aiſe, iſe, oſe, vſe, *&* euſe, *deſinentia penultimam, loquendo, trahunt: vt* capáble, poſſible, Caucáſe, mauváiſe, ceríſe, chóſe, enclóſe, cornemcúſe, hidéuſe : *quas quidē dictiones ſi per*, z, *ſcriberemus, magno ſiquidem onere peregrinum lectorem leuaremus. Fallit tamen hæc regula cùm vltima ſyllaba per*, é, *maſc. deſinit, eo quòd accentum ad ſe omnino trahat: vt*, je devaliſe, *penultimam habet longam: at* devaliſé, *vltimam acuit, in quo tres præcedētes prorſus vnius longitudinis ſunt: idem iudicato cùm*, r, *dictionem claudit: vt*, je temporíſe, *dic* temporiſer : z, *verò ad finem, ſyllabam ducit multò longiorem: vt*, j'authoríſe, *dic continuando vltimam*, authoriſez : je martyríſe, martyriſez : devalíſe, devaliſez.

Tertia & vltima quantitatis regula.

NOtauimus *accentu acuto penultimam ſequentium & ſimilium dictionum: eo quòd reli-*

reliquis ſyllabis collatæ, longiorem deſiderent prolationem: philoſophíe, jalouſie, marvoiſie. *Quæ quidem à nobis notata ſunt, ad Anglorum præcipuum levamen: cur, quæſo, huic nationi omnem meam induſtriam denegarem, cui me tantis beneficijs deuinctum inueniam? Sed quia ſolent in dictionibus per,* ie, *deſinentibus*, e, *in fine amputare (quod quidem anglico idiomati eſt peculare) nolui vt huic obſtaculo diutius incauti impingerẽt: idem obſeruabunt cùm nomina in*, ine, *illis occurrent: vt* concubine, coquine, chagrine, couſine: *in quibus penultimam aliquantulum trahent, vt meliùs*, e, *ad finem efferre meminerint. Hæc ſunt (candide lector) quæ de pronuntiatione linguæ noſtræ (prout bona pars noſtratium nunc ſcribit) habebam dicenda: quòd ſi in ſua ſcriptione videantur plus æquo religioſiores, iſtud tempori reſecandum relinquo.*

Hæc in Anglorum gratiam.

Bien j'en ſuy content : il me plaiṭ forṭ bien.
Mihi placet.
David ſeez vous là dedans.
Dauid illic accumbe.
Moy ? ne vous deſplaiſe : cela ne feré-je point:
Ego ? tua venia: id neutiquam facerem:
laiſſez Pierre ſeoir là : il luy apartient mieux.
Petro detur iſte locus: magis idoneus eſt.
Pierre n'a point accoutumé de ſe ſeoir là:
Petrus non conſueuit eo loco ſedere:
il s'aſſerra icy, ceſt ſa place:
ſedebit hic, hìc eius eſt locus:
Ian, dites nous la benédiccion,
Iohannes, conſecra menſam.
Bien mon père : ma ſœur, aprochez vous:
Libenter mi pater: ſoror, accede.
Dieu vous benie mon père et ma mère,
fœlix fauſtumq; ſit vobis pater ac mater,
et toute la compagnie.
totique ſodalitio.
François, aportez nous à manger,
Franciſce adfer cibos,
aportez la ſalade et la chair ſalée:
adfer acetarium & carnem ſalſe conditam.

Cur, i, longũ ſit, vide fol. 85.

verſez nous icy à boire : du vin, de la biére:
funde nobis potum, vinum, ceruiſiam:
verſez à voſtre couſin, et en aprés par tout.
effunde tuo cognato, & cæteris omnibus.
François, ſeez vous-cy auprés de nous:
Franciſce, aſside nobis:
Ian allez querir du potage pour voſtre frére,
Iohannes adfer olera, ſorbitiunculã, tuo fratri
et faites appreſter le reſte : courez fort.
& fac reliqua parentur ociùs.
Mõ frére, tenez voſtre potage, en avez vous trop?
Frater, accipe ſorbitionẽ: nõ habes nimium?
Ouy, j'en ay trop : voire de la moitié.
Etiam nimium eſt: imo plus dimidio.
Ne le mangez point tout, ſi vous ne voulez:
Ne peredas totum, ni lubeat.
laiſſez le reſte, quand vous en avez aſſez:
repone quod reliquũ eſt, cùm ſatis ſumpſeris:
pourquoy ne mangez vous point voſtre potage,
cur non edis tuam ſorbitionem,
tandis qu'il eſt chaud? que mignardez vous?
dum calida eſt? ad quid laſciuis?
Il eſt encor trop chaud : je me bruſle les lévres.
Nimium feruet adhuc: aduro labia:
Ian, aportez icy du pain : Roger n'en a point:
Iohannes, adfer huc panẽ: Rogerus nõ habet:
allez querir vn trẽchoir: aportez de la moutarde:
adfer quadram, ſeu orbem: affer ſinapi:
donnez moy le pot à la cervoiſe.
cedo cantharum ceruiſiarium.

en, relativum, vide fol. 99.

moy quî pronũrietur, vide fol. 76.

Tenez,

Tenez, le voy-là : tenez-le bien.
Accipe, hem tibi: caue ne è manibus excidat.
Laissez le aller, je le tiens bien.
Mitte, iam satis teneo.
Pierre, ne buvez pas si tost après vostre potage,
Petre, ne mox a sorbitione bibas.
car il est fort mal sain, comme on dit:
est enim insalubre, vt ferunt:
mangez premier vn peu avant que boire.
priùs aliquid ede quàm bibas.
Pierre, taillez moy de la chair :
Petre, ministra mihi carnem :
coupez aussi du pain, s'il vous plait : s'il, vide, fol. 37.
distribue etiam mihi de pane, si placet:
taillez à manger à François :
ministra Francisco quod edat :
il ne mange rien, car il n'a que manger.
nihil edit, non habet enim quod edat.
Fault-il qu'on le serve ?
Etiam ne illi ministrari oportet ?
ne se sçait-il point servir soy-mesme ?
non potest ipse sibi ministrare?
taillez vous mesme, vous estes grand assez:
ministra tibi ipsi, tu iam grandior es:
aidez vous vous mesme, si vous voulez,
ipse tibi opitulare, si vis,
car je ne vous serviray point :
nihil enim tibi porrigam:
je ne sers personne que moy-mesme.
nulli ego ministro nisi mihi ipsi.

Donnez luy à manger : car il eſt honteux:
Porrige illi quod edat : verecundatur enim:
Il n'oſe manger, cela voy-je bien : or tenez-là.
nõ audet attingere, vt videtur: hem, accipe.
Apportez icy quelque aultre choſe, s'il eſt preſt.
Adfer huc aliud, ſi ſit paratum.
Il n'eſt point encore preſt :
Nondum paratum eſt:
mais il le ſera maintenant :
ſed iamiam erit.
Regardez ſi les paſtez et les tartes ſont apportez.
Viſe an artocrea & placentæ ſint allatæ:
allez querir le roſty : et la patiſſerie:
fac vt afferas carnes aſſas: & opus piſtoriũ.
et verſez icy du vin : verſez pour voſtre père:
& effunde vinum: effunde patri:
verſez tout plein : car il a grand ſoif:
imple ad ſummum : nam ſitibundus eſt:
Ne verſez point ſi plein :
Ne ſic ad ſummum impleas:
acauſe que vous reſpandez:
quia profundis :
ne voyez vous pas ce que vous faites ?
non vides quid facias ?
Rogier n'a point de vin:
Rogerus vinum non habet:
ne voyez vous point cela ?
non tu iſtud vides?
faites là place pour aſſeoir ces plats:
fac iſtic locum patinis:

ein, quomodo pronũtiandũ, vide fol. 65

main-

maintenant vous dy-je à tous lés bien venus.
nunc vos omnes veniſſe gaudeo.
Il y a icy bien à mãger: grand apareil de viandes:
Multus hic ciborum eſt apparatus:
vous avez fait trop grans deſpens:
nimios ſumptus feciſti.
Non ay certes: il me deſplait qu'il n'y a nõ plus:
Non feci profectò: diſplicet non eſſe plura:
mais il vous fault prendre en pacience.
verùm vt vos hæc boni conſulatis oportet.
C'eſt certes bien dit: vous vous mockez de nous. De binis vous, vide fol. 97.
Bellè ſanè dicis: nos irrides.
Pierre, entamez ceſte eſpaule de mouton:
Petre incide iſtum armum ouillum:
aportez icy dés réfors, carottes et dés cappres.
adfer radiculas, paſtinacas & cappares.
taillez à David de ce liévre, et de ce conin:
miniſtra Dauidi de lepore, & de cuniculo:
entamez cés perdris, vous ne nous ſervez point:
ſecta has perdices: non ſatis miniſtras:
faites bonne chére je vous en prie.
indulgete omnes genio rogo.
Il y a bien icy pour faire bonne chére.
Satis hìc certè eſt ad genialiter viuendum.
Ian, verſez nous à boire: et du meilleur.
Iohannes, miſce nobis: ac de optimo.
Il n'y a plus de vin: en iray-je querir? ray, vt ré, pronũtiãdum eſt, vide fol. 67
Nihil reliquum eſt vini: adferam ne?
Allez en querir doncques: le vous faut-il dire?
Adferatur igitur: an admonendus es?

Que vous ſemble de ce vin ?
vt placet vobis hoc vinum?
Il me ſemble fort bon.
Mihi bonum videtur.
Voulez vous qu'on apporte du meſme ?
Vultis ne iubeamus afferri ex eodem?
Ainſi qu'il vous plaiſt : je m'accommode à tout.
Vt tu voles : omnibus conniueo.
Où l'iray-je querir ? combien en apporteray-je?
Vnde petam? quantum afferam?
Là où vous avez eſté querir ceſtuy-cy:
Vnde proximè attuliſti:
ou allez en querir ſur le marché,
aut pete ex foro,
à la fleur de lis :
ex candido lilio :
ou bien où vous voudrez, pourveu kil ſoit bon:
aut vnde libet, modo bonum ſit:
aportez en vn lot, vn pot, vne pinte,
adfer duos ſextarios, ſextariũ & ſemiſſem,
et faites vous faire bonne meſure:
vide vt ad iuſtam promatur menſuram:
allez viſte, et revenez bien toſt.
ociùs percurre, ac redi celerrimè.
Ie courray touſ-jours mon père.
Continuò curram pater.
François, levez vous maintenant,
Nunc ſurge Franciſce,
et ſervez à table :
& miniſtra menſæ:

regar-

regardez s'il n'y faut rien : que faites vous là?
circunſpice numquid deſit: quid illic agis?
voulez vous avoir encore à mãger ? dites le hardiment.
vis plus cibi? dic liberè.
Nenny, ma mère :
Non mater :
j'ay aſſez mangé, Dieu ſoit loué.
ſatisfactum eſt ſtomacho, Laus Deo.
Buvez maintenant :
Iam bibe :
y a-il de la cervoiſe en voſtre pot ?
eſt in poculo tuo ceruiſia?
Ouy, il y en a aſſez, voire trop.
Eſt quantum, imo plus quàm ſatis eſt.
S'il n'y en a, allez en querir :
Si non eſt, adferas licet:
ne heurte on point à la porte ?
num quis pulſat fores ?
allez y veoir : et prenez les clefz.
videto : ac accipito claues.
Y a-il là quelqu'vn ? Aulcun frape-il à l'huis ?
Aliquis ne pulſat fores ?
Ouy, ouvrez :
Maximè verò, aperi :
j'ay ici eſté plus d'vne demye heure.
hìc ampliùs ſemihora ſteti.
Que vous plaiſt-il ? Qui demandez vous ?
Nunquid vis? Quem queris ?
Dieu vous gard mon amy :
Salue amice :

Si vis dicere hurte ton point, *vide* fol. 44

Là, *vide* fol. 91.

voſtre maiſtre eſt-il en la maiſon?
Eſt ne herus tuus domi?
Ouy, pourquoy? d'où venez vous?
Eſt, quorſum interrogas? a quo venis?
voulez vous parler à luy?
illum ne conuenire cupis?
Ouy, ou eſt-il? eſt-il empeſché?
Cupio, vbi is eſt? Eſt ne impeditus?
Il eſt à table, et beaucoup de ſe voiſins et amis:
Accumbit, cum multis vicinorũ & amicorũ:
s'il vous plaiſt quelque choſe,
ſi quid voles,
je feray bien le meſſage:
nuntiauero lubens:
qui diray-je qui le demande?
quem dicam illius conuentum petere?
Il me faut parler à luy:
Præſens præſenti mihi conueniendus eſt:
dites luy que je ſuis le ſerviteur de ſon oncle:
dicito adeſſe patrui ſui famulum:
ou dites luy que je viens de chez ſon oncle.
vel venire me dicito ab eius patruo.
Bien je luy vay dire: attendez icy vn peu:
Eo ſic renuntiaturus: morare hìc paululum:
mõ pere, il y a là vn home, qui veult parler à vo⁹.
pater illic eſt quidam, qui te vult conuenire.
Quelle home eſt-ce? d'où vient-il?
Quid hominis eſt? a quo venit?
Ie ne le cognoy point, mon pere:
Non noui, pater:

je

je ne le vei jamais :
nunquam vidi hominem.
il dit qu'il vient de la part de mon oncle.
ait se venire a meo patruo.
Demandez luy qu'il veut : et s'il y a haste.
Roga quid velit: num res properationẽ vult.
Il dit qu'il luy fault parler à vous.
Ait se tibi ipsi loqui velle.
Bien faites le entrer, à la bonne heure.
Iube ingredi, cum bono omine.
Mon amy, entrez : et posez-là vostre charge.
Amice, ingredere : ac hìc onus repone.
Qui est là dedans ?
Quis intus est ?
y a-il beaucoup de gens ?
sunt ne multi conuiuæ?
Nenny : cinq ou six :
Non : sunt tantum quinque vel sex.
Dieu benie toute la compaignie.
Saluum sit totum contubernium.
Vous estes le bien venu Henry :
Gratus ades Henrice:
que dites vous de bon ?
quid adfers boni ?
Maistre Pierre, mon maistre ma icy envoyé,
Domine Petre, herus meus huc me misit,
vous priant qu'il vous plaise
te rogatum vt velis
demain à midy venir disner avec luy.
cras ad pandium eius esse conuiua.

Comment ſe porte mon oncle?
Vt valet meus auunculus?
Il ſe porte bien Dieu mercy:
Rectè valet Dei beneficio:
et tout ſon meſnage:
& tota eius familia:
tout eſt en bon-point.
in optimo ſtatu ſunt omnia.
Cela oy-je voluntiers:
Iſtud equidem perquam lubens audio:
mais vous luy direz q̃ je le remercie de bõ cœur:
ſed ages illi meo nomine gratias diligẽter:
et direz qu'il m'eſt impoſſible de venir à diſner,
& dices me nõ poſſe ei in prandio adeſſe,
car je ſuy invité dehors,
nam inuitatus ſum ab alio,
paſſé quatre jours:
iam ante dies quatuor:
ſi ce n'eſtoit cela, j'yroye volontiers:
id ni eſſet, lubens venirem:
mais je viendray à luy demain apres diſner,
adibo tamen eum cras a prandio,
ſans aulcune faulte: et ſi Dieu m'aide.
procul dubio: ac Deo fauente.
Bien, je le luy diray:
Bene eſt, dicam hæc illi:
ne vous plait-il autre choſe?
nunquid aliud vis?
Dieu vous doint bonne nuit.
Fauſtam noctem tibi precor.

Atten-

Attendez Henry:
Henrice, expecta:
buvez devant que vous en alliez.
bibe priusquam abeas.
Ie n'ay point ſoif, je vous remercie.
Non ſitio, habeo gratiam.
Attendez, il vous fault boire vne fois.
Morare, ſemel bibendum tibi eſt.
Il m'en fault aller, car je ſeroye tancé.
Abeundum eſt mihi, alioquin obiurgarer.
Iehan n'eſt il point encore venu?
Nondum rediit Iohannes?
où tarde-il ſi longuement?
vbi hæret tam diu?
Il vient tant haſtivement qu'il peut.
venit feſtinans quantum poteſt.
Iehan, d'où vient que vous tardez ſi longuemẽt?
Quid eſt Iohãnes, quòd tam diu moratus ſis?
Ie ne pouvoye plus toſt venir, mon père:
Non potui, pater, venire citius:
il y avoit beaucoup de gens:
multi illic aderant:
j'ay touſjours couru.
ſemper cucurri.
Bien, verſez icy du vin:
Bene eſt, funde huc vinum:
David, eſſayez, taſtez, gouſtez s'il eſt bon.
Dauid, guſta vinum an bonum ſit.
Cela feray-je treſvolontiers:
Id faciam lubentiſſimè:

verſez m'en là dedans:
huc funde mihi:
l'autre eſtoit meilleur.
alterum erat præſtantius.
Non eſtoit certes: vous vous trompez.
Non erat profecto: falleris.
ceſtuy-cy eſt meilleur, ſelon mon jugement.
hoc melius eſt, meo iudicio.
Anne, vous ne faites point bonne chere:
Anna, tu non exporrigis frontem:
doù vient que vous ne dites rien?
vnde fit vt nihil dicas?
Que diroy-je?
Quid ego dicerem?
il vault mieulx ſe taire,
tacuiſſe multò præſtat,
que mal parler: ainſi que lon dit:
quàm malè eſſe locutam: vt dicitur.
je ne ſçay point bien parler françois,
neſcio promptè gallicè loqui,
pourtant me tay-je.
itaque taceo.
Vous parlez auſſi bien que je fay,
Tu æque fœliciter pronuntias vt ego,
et mieulx auſſi: mais il vous plait de dire ainſi:
atq; etiã melius: verùm tibi lubet ita loqui.
Non fay: cela voudroye-je bien,
Non ita eſt: iſtud equidem admodũ cupiam,
et qu'il m'euſt couté vingt eſcus.
etiam impendio viginti coronatorum.

De duobus, vous, vide fol. 97.

David,

David, vous ne mangez point:
Dauid, tu non comedis:
taillez moy de cela:
seca mihi istius aliquid:
cela est trop bouilli:
hoc nimis elixum est:
et cecy n'est pas assez roty:
illud non satis assum:
n'est-il point? dites le hardiment:
nonne? dic liberè.
Il me semble ainsi:
Idem & mihi videtur:
pourquoy mentiroy-je?
cur mentiar?
Rogier, prestez moy vostre couteau je vous prie.
Rogere, commoda mihi tuum cultrum te oro.
Tenez, mais rendez le moy,
Accipe, verùm hunc mihi redde,
quand vous aurez diné.
vbi prandium absolueris.
Si je ne le vous rends,
Si tibi eum non reddidero,
ne le me prestez plus:
ne posthac mihi commodes:
C'est vn bon couteau certes,
Bonus culter est certè,
combien vous a-il couté?
quanti emptus?
Il m'a cousté trois sols,
Emptus est tribus solidis,

il y a ja trois ans.
abhinc tribus annis.
Ceſt bon marché,
Vile pretium eſt,
quand on l'auroit deſrobé:
etſi furto ablatus eſſet:
laiſſez le moy avoir et je vous rẽdray voſtre ar-
reuende mihi tantidem. (gent.
I'en ſuy content, mais pour la pareille.
Non recuſo, modo pro talione.
Rogier vous ne mangez point: à quoy tient-il?
Rogere, nihil edis: vnde hoc?
vous me ſemblez vne eſpouſée:
Sponſæ quietem & oſtentationem refers:
aydez vous vous meſme: *aut*, taillez pour vous
tibi ipſi ſis mercurius: (meſme:
il ſemble que vous ſoyez honteux:
verecundari videris:
il fait beau veoir.
pulchrè quiden viſu.
Pardonnez moy,
Pace tua,
je mange plus qu'aucun qui ſoit à table.
plus edo quàm vllus accumbentium.
Cela faites vous certes:
Id facis ſcilicet:
qui le veoit, le croit.
qui hoc intuetur, credit.
Mais vous ne mangez point vous meſme.
Ipſe verò non edis.

I'ay bien mangé, Dieu mercy:
Affatim comedi, laus Deo:
et beu à l'advenant.
atque æque bibi.
Puis que nous n'avons guères à manger,
Cùm parum sit quod edamus,
buvons bien.
strenuè bibamus.
O Dieu, que dites vous?
Dij boni, quid ais?
n'y a-il pas icy bien à manger?
non hìc satis est quod edatur?
il y a icy de la viãde assez pour vingt personnes:
imo tantũ ciborũ est vt sufficiat vel viginti:
vous vous mettez en trop grans frais.
tu sanè facis nimios sumptus.
Non fay: or ça, je boy à toute la compagnie:
Non facio: eia, propino toti sodalitio:
me ferez vous raison, *aut*, me plegerez vous?
respondebitis mihi?
Ouy, et de bon cœur,
Etiam ex animo,
voire fust-ce de l'eau.
& si aqua misceretur.
or sus, buvez: qu'attendez vous?
age, bibe: quid cunctaris?
vous n'avez point tout beu: à quoy pensez vous.
non ebibisti: vbi est animus?
je le vous verseray encore vne fois tout plein.
iterum tibi miscebo.

Pourquoy feriez vous cela?
Quamobrem id faceres?
n'ay-je point tout beu?
an non exhauſi?
vous ne cherchez que à me faire enyvrer:
nihil aliud queris, quàm me ebrium videre:
je ne ſçauroye boire tout cecy,
ego non poſſum profectò iſtud exhaurire,
et ce pour deux raiſons,
idque duabus de cauſis,
voire fort graves et de poids.
ijſque grauiſſimis.
Quelles, je vous pryе?
Quibus, quæſo?
qui vous empeſchera?
quis te impediet?
La crainte du Seigneur,
Timor Domini,
et la ſanté du corps: et puis,
atque corporis ſanitas: tum,
mõ goblet eſt beaucoup plus grãd que le voſtre.
meus ciathus eſt multò maior tuo.
Bien, changeons:
Permutemus igitur:
à qui avez vous beu?
cui propinaſti?
buvez vne fois à moy:
iam præbibe aliquando mihi:
fault-il qu'on vous prye?
an rogandus es?

eſtes vous courroucé contre moy?
num mihi iratus es?
Pourquoy ſeroy-je couroucé contre vous?
Quamobrem tibi iraſcerer?
Pource que vous ne buvez point à moy.
Quia non propinas mihi.
Or ceſt aſſez parlé de boire:
Satis iam dictum de bibendo:
il faut auſſi manger:
edendum eſt etiam nobis:
j'ay grand faim:
latrat ſtomachus,
taillez moy vn morceau de chair,
reſeca mihi fruſtum carnis,
pour la pareille.
& par pari referam.
N'avez vous point de mains?
Num habes manus?
eſtes vous manchot?
es ne mancus?
Ouy, mais je ne peux avenir au plat.
Etiam, ſed nequeo catinum attingere.
Bien je vous ſerviray:
Ego igitur tibi miniſtrabo:
mais ſoubz vn ſi:
verùm ſub conditione:
en avez vous aſſez maintenant?
iam ne ſatis habes?
eſtes vous content?
an contentus es?

Ie n'ay encore rien :
Nihil habeo adhuc :
comment ſeroy-je content ?
quomodo contentus eſſem ?
Or tenez là : à la fin vous contenteray-je ?
Iam nunc accipe : tandem tibi ſatisfaciam.
Regardez je vous pryc, qu'il me donne:
Videte quæſo, quantum mihi porrigat :
que me peult ayder cela ?
quid hoc mihi poteſt prodeſſe ?
prenez-le pour vous meſme.
tibi habeto.
Ie vous remercie :
Habeo gratiam :
Iehan, apportez du pain :
Iohannes, adfer panem :
et verſez du vin par tout :
& funde vinum omnibus :
ſervez comme il fault :
attende vt decet :
on heurte à l'huis : voyez qui ceſt.
pulſatur oſtium : vide quis ſit.
Ceſt Lucas, le ſerviteur d'André.
Adeſt Lucas, Andreæ famulus.
Que veult-il ? demandez luy qu'il veult.
Quid vult ? pete quid velit.
Il apporte quelque choſe, ſi je ne ſuy deceu.
Adfert aliquid, ni fallor.
Fait-il ? faites l'entrer : il eſt le bien venu.
Ain verò ? iube ingredi : gratus adeſt.

Lucas,

Lucas, entrez : que portez vous la ?
Luca, ingredere. quid fers ?
Non pas grand' chose :
Res est haud magni pretij.
Dieu vous benie.
Saluete omnes.
Estes vous-là Lucas ?
Tu ne es Luca ?
Ouy Monsieur, à vostre commandement.
Maximè verò domine, ad tua iussa paratus.
Que dites vous de nouveau ? quelles nouvelles?
Quid portas noui ? quid nouarum rerum?
comment se porte vostre maistre ?
vt valet dominus tuus ?
Il se porte bien, Dieu soit loué:
Bene valet, laudatus sit Deus :
et vous presente le bon soir :
tég; iubet saluere : aut, tibi prosperũ vesperũ
il se recõmãde à vostre bõne grace: *(precatur:*
tuæg; beneuolentiæ se commendatum cupit:
et vous envoye ce petit present,
atque hoc tibi dono mittit,
vous priant, de le vouloir prendre en gré:
te orans, vt id accipias animo benigno :
et ne veuillez tant regarder le petit don :
nec tam spectes exiguum munus,
que la bonne affeccion qu'il vous porte :
quàm eius in teanimum :
car il le vous envoye en signe d'amour.
quia mittit hoc tibi amoris testimonio.

Vous remercyerez vostre maistre, cent mille fois.
Gratias ages hero tuo, idque millies,
et luy direz de par moy,
atque dices ei meo nomine,
que je le deserviray s'il plaist à Dieu:
me gratiam relaturum iuuante Deo:
faites le boire: et luy esclairez au sortir.
dato illi quod bibat: & cũ deducito lucerna.
Dieu vous doint bõ soir et bõne nuict, Mõsieur,
Precor tibi faustam noctem Domine,
et à toute la compagnie:
totique sodalitio:
vous plait-il me commander aucune chose?
nunquid aliud me vis?
Rien aultre chose:
Nihil aliud te volo.
A Dieu Lucas: avez vous beu?
Vale Luca: bibisti ne?
Iehan, mouchez la chandelle:
Iohannes, emunge candelam:
où sont les mouchettes?
vbi est emunctorium?
regardez si le reste est prest: ostez tout cecy:
vide an reliquum sit paratum: aufer hæc:
apportez des trenchoirs netz: et des cuiliers:
commuta quadras: ac affer cochlearia:
et apportez nous { le fruict, / la desserte, / l'issue.
adferto bellaria:

baillez moy le formage : oſtez ce plat:
porrige mihi caſeum : remoue hunc diſcum:
Meſſieurs, bon prou vous face :
Domini mei, vobis proficiat:
vous eſtes tous les bien venuz : croyez moy.
grati omnes aduenistis: mihi credite.
faites bonne chere, et reſ-jouïſſez vous.
curate cutem, ac frontem exporrigite.
Rogier, ne ſçavez vous rien de nouveau ?
Rogere, nihil habes nouarum rerum ?
Nenny certes : je ne ſçay rien que bon.
Sanè nihil: nihil audiui, niſi ſalua omnia.
Ne parle on point encore de la paix ?
Nulla fit adhuc de pace mentio?
Ie croy que la paix eſt encore loing d'icy:
Credo pacem longè hinc adhuc abeſſe:
que ſi nous la voulions faire avec Dieu,
quòd ſi vellemus cum Deo pacem facere,
la guerre ne dureroit guéres.
bellum non foret diuturnum.
Cela eſt vray certes :
Ita eſt profecto:
or nous aurons la paix,
at pace fruemur,
quand il plaira à ce bon Dieu :
cùm Domino viſum fuerit:
Iehan oſtez tout :
Iohannes auſer hæc omnia:
et venez dire graces.
& veni acturus gratias.

Cur, z, non ſileat in *Oſtez*, cùm hìc ſequitur conſonans, vide fol. 46.

De hoc, e, fœmin. in parle, vide fol. 43.

Ie ſuy preſt, mon pere:
Adſum pater:
bon prou vous face mon pere et ma mere,
beneſit vobis pater & mater,
et toute la compaignie.
totique ſocietati.
Pierre, combien de vin avons nous beu?
Petre, quantum vini abſumptum eſt?
nous payerons pour le vin,
volumus pro vino ſoluere,
car il eſt cher.
nam carum eſt.
Non ferez certes:
Nequaquam verò:
vous ne payerez rien;
nihil dabitis:
ſi j'ay eu la puiſſance de vous donner à manger,
ſi potui vos alere cibo,
je l'auray bien auſſi pour vous donner à boire.
etiam potum dare potero.
Bien doncques, nous vous remercions
Age igitur, habemus tibi gratiam.
Or ſus, approchons nous du feu,
Agite, accedamus ad ignem,
et nous chauffons treſ-bien,
ac calefaciamus nos,
car il fait froid:
nam friget:
Iehan, apportez vn fagot ou deux,
Iohannes, adferto vnũ aut alterũ faſciculũ,

Cur, t, in, et, hic non notetur, vide fol. 46

et

et faites bon feu, et toſt:
ac luculentũ facito ignem, idque quãprimum:
dites à Guillaume qu'il aille querir du charbon,
dic Gulielmo vt adferat carbones,
et vne buche de bois:
& truncum ligni:
prenez le ſoufflet et ſoufflez.
carpe follem ac fla.
Que voulez vous faire de feu?
Quid tibi cum igni?
quant à moy je n'ay point de froid:
quantum ad me non frigeo:
nous nous ſommes rechauffez à la table:
iam incaluimus ſatis in menſa:

De duobus, nous, vide fo. 97. Temps, vide fol. 62.

il eſt temps d'aller au { preſche, / lict, / champs,
tempus eſt eundi ad { *concionem,* / *lectum,* / *agros,*
il eſt tard: on a deſ-ja ſonné vn coup.
ſerum eſt: iam ſemel pulſatum eſt.
Vous en voulez vous aller?
Abituri eſtis?
avez vous ſi grand' haſte?
an opus tanta feſtinatione?
Monſieur, nous prendrons congé de vous,
Domine, tua cum venia deſcedemus,
s'il vous plait: mais qu'il ne vous deſplaiſe.
ſi ita viſum tibi fuerit: ni diſpliceat.

De bien bon cœur:

Ex intimis præcordijs:

je vous mets en liberté.

vos missos facio.

Monsieur, je me recõmande à voz bõnes graces.

Domine, me tuo fauori commendo.

Monsieur, je suy à vostre commandement.

Ad tua iussa paratus sum.

FINIS.



T. V.

SVPERIORIBVS his exercitijs facilè percipere potuisti, candidè lector, qua cura & solicitudine te linguam nostram docere cupierim: ideoquè vt & nostrum propensum erga te animum melius cognoscerces, & vt fœliciùs nostri conatus ad suum optatum finem pervenirent, tibi sequentem orationem latinogallicam factam ob oculos posui, vt pedetentim tuam linguam formando, alios libros excusos sine his characteribus à me inuentis faciliùs tractare, & legere queas.

CLAVDII A SANCTO VINCVLO,

DE RESVRRECtione Domini

Ad Conſulem, & Conſulares vrbanos, cæteroſq; conciues Londinenſes

ORATIO.

LONDINI,
Excudebat Thomas Vautrollerius Typographus.
1580.

DE RESVRRECTIONE DOMINI ORATIO.

TRiumphans, & glorioſa Chriſti imperatoris noſtri victoria, morte deſtructa, peccato expugnato, redempto homine, nos hodierno die tanta afficere debet lætitia, Londinenſes, vt relictis omnibus anxietatibus & curis, nos totos huic celeberrimo celebrando miſterio conſecrare debeamus. Quamuis enim omnes triumphatoris noſtri actiones ab his infimis, ad res cæleſtes contemplandas nos abſtrahere debeant, nobilis tamen Chriſti reſurrectio hoc ſibi peculiare præ cæteris adſcribere videtur. Nam etſi inuictiſſimi Regis noſtri natiuitatem, ſiue vitam, ſiue mortem contempleris: eaq; omnia miſteriorum plena, omnia ſancta, omnia omni admiratione digna inuenias, iſtam tamen Chriſti reſurrectionem, velut reliqui totius operis caput, ſuperioribus longo interuallo præcellere, lumẽ addere, eaq; ex morte ad vitam quaſi reuocare, vl-

timam-

ORAISON DE LA RESVRRECCION DV SEIGNEVR.

LA triumphante et glorieuse victoire de Christ nostre capitaine, la mort estant destruite, le peché vaincu, l'home racheté, nous doibt au-jourd'huy tellemẽt resjouïr, Messieurs de Londre, qu'ayans delaissé tout soin et solicitude, nous nous devons totallement consacrer à celébrer ce tant celébre et excellent misteˊre. Car encor que tous lés nobles faitz de nostre triumphateur nous doyvent distraire de cés choses basses, pour cõtempler lés celestes, il semble, toutesfois, que celle noble resurreccion de Christ à soy seulle s'attribue cecy par dessus tous lés autres. Car, soit que tu consideres la nativité de nostre Roy invincible, sa vie, ou bien sa mort, et trouves toutes cés choses pleines de misteˊres, toutes saintes, et dignes de toute admiracion, il est, toutesfois, necessaire que nous confessions que ceste resurreccion de Christ, comme le chef d'œuvre de tout le reste, excelle de beaucoup lés précédentes, leur donne lumiére, et icelles rappelle comme de mort à vie: finalle-

timamq; manum apponendo totum opus glorioſè coronare fateamur neceſſe eſt.

Glorioſa, certè, natiuitas, quæ tantam pacem vniuerſo terrarum orbi pepererit: glorioſum præſepe, quod immẽſæ humilitatis teſtimoniũ præbuerit: glorioſa infantia, quæ idola Ægypti diſturbauerit: admiranda pueritia, quæ doctores legem Domini docuerit: beati & glorioſi labores, qui quidem tantum nobis profuerint: glorioſum baptiſma, quod, dum Chriſto ſumus inſiti, nos ſanctificauerit: glorioſa tentatio, quæ fratrum calumniatorem, aduerſariumq; noſtrum ſuperauerit: glorioſa atq; ſancta illa doctrina, quæ Eccleſiam Dei fundauerit: glorioſa nulliq; imitanda miracula, quæ fidei noſtræ veritatem cõfirmauerint: glorioſa perfidæ gentis Iudaicæ cæcitas, quæ nos in tenebris, & vmbra mortis degentes illuminauerit: glorioſa paupertas, quæ mũdum ingentibus diuitijs ditauerit: glorioſa, quamuis amara, Chriſti paſsio, quæ pro peccatis noſtris ſatisfecrit: glorioſa illa crux, etſi mundo ignominioſa, quia fuerit altare, in quo antiquæ legis ſacrificia cõſummata fuerint: glorioſi ſudores, qui maculas noſtras deleuerint: glorioſa tanta ſanguinis effuſio, quia leprã noſtram abſterſerit, eandemq; mundauerit: glorioſa de-

ment y mettant le dernier pinceau, coronne glorieuſement tout l'œuvre.

Glorieuſe, certes, eſt la nativité, laquelle a enfanté vne ſi grande paix au monde : glorieuſe la créche, qui a rendu teſmonage d'vne humilité immenſe: l'enfance glorieuſe, laquelle a mis bas les idoles d'Egypte: eſmerveillable eſt la jeuneſſe, qui a enſeigné aux docteurs la loy du Seigueur : bien-heureux et glorieux ſont les labeurs, leſquelz nous ont tant profité : glorieux le bapteſme, lequel, nous eſtans entez en Chriſt, nous a ſanctifiez: glorieuſe la tentacion, laquelle a ſurmonté noſtre adverſaire et calumniateur de noz freres : glorieuſe et ſainte celle doctrine, laquelle a fondé l'Egliſe de Dieu: glorieux, et qui de nul peuvent eſtre imitez, ſont les miracles, leſquelz ont confirmé la verité de noſtre foy : glorieuſe eſt la cécité et aveuglement de la traitre nacion judaïque, laquelle, cõme detenus en tenébres et vmbre de mort, nous a illuminez : glorieuſe eſt la povreté, laquelle a enrichi le monde de treſ-grandes richeſſes: glorieuſe, encor que amére, la paſſiõ de Chriſt, qui a ſatiſfait pour noz pechez : glorieuſe celle croix, combien qu'elle ſoit ignominieuſe quant au monde, car elle a eſté l'autel, auquel les ſacrifices de la loy ancienne ont eſté conſumez : glorieuſe eſt la ſueur, laquelle a effacé noz macules : glorieuſe vne ſi grande effuſion de ſang, acauſe quelle a nettoyé noſtre lépre, et icelle a mondifiée : glorieuſe eſt, ſi-

denique violẽtissima agni immaculati mors, quæ vitam perpetuam nobis acquisiuerit. Omnium verò glorioſissima Christi resurrectio, quæ omnibus inimicis nostris calcatis, futuræ resurrectionis certissimã spem Christianorum mẽtibus impresserit. Tota Christiani hominis vita in fiducia & spe posita est, Auditores, in hac, inquã, spe futuræ resurrectionis: tollite hanc expectationem & spem, totum christianismum sustulistis: facite vt vana sit, totam religionem nostram futilem et vanam feciſtis. Deinde si resurrectionẽ tollamus, diuina illa Christi opera sine gloria erunt. Sed quis hominum homine Christiano aut miserior, aut infœlicior inueniri potest, si nullam aliam post hanc vitam expectemus? Honores & huius seculi dignitates paruifacimus: a cupiditatibus, tanquam a pestifero veneno, procul nosipsos segregamus: aurum & argentum stercoris loco habemus: illa omnia a popularibus in bonis posita negligimus. Quid? quæcunque videmus sub lunam posita, spontanea quadam voluntate spernimus, vt vnum Christum lucrifaciamus. Quæ maior, igitur, infœlicitas, quàm in statu christianæ religionis viuere si & hanc, & aliam vitam amittamus? Quod profecto nimimè latuit vas illud electionis

nallement la mort violente de l'aneau immaculé, laquelle nous a acquis la vie éternelle. Mais sur tout est glorieuse la resurreccion de Christ, laquelle, tous noz ennemis foulez et mis soubz les pieds, a engravé en l'entẽdement de tous Chrestiens, vne tres-certaine espérance de nostre resurreccion future. Toute la vie de l'home Chrestien est appuyée sur vn espoir, auditeurs, sur vn espoir, dy-je, d'vne resurrecciõ future: ostez ceste expectaciõ et espérance, vous avez osté tout le christianisme : faites qu'elle soit vaine, vous avez rendu toute nostre religiõ vaine et de nul effect. Oultre, si nous ostons la resurreccion, ces divins miracles et œuvres de Christ seront sans gloire. Mais quel home pourroit on trouver au monde plus miserable ou malheureux que l'home Chrestien, si nous n'attendons nulle autre vie aprés ceste-cy? Nous mesprisons les honneurs et dignitez de ce siécle : nous nous séparons des voluptez, comme d'vn venin pestifére : nous ne tenons compte d'or ny d'argent non plus que de fient ; tout ce que le vulgaire tient cher, nous le contemnons.

Quoy? tout ce que nous voyons soubz la sphére de la lune, nous le contemnons franchement, pour gagner vn seul Iesu Christ. Quelle infélicité donc y a-il plus grande, que de vivre en l'estat de la religion chrestienne, si nous perdons et ceste, et l'autre vie? Ce que, certes, n'a point esté caché à ce vaisseau d'élec-

ctionis cùm diceret: Si in hac vita tantum in Christo sperãtes essemus, miserabiliores essemus omnibus hominibus mundi. Laudate Dominũ, christianissimi Auditores, quòd hodierno die indubitatæ futuræ nostræ resurrectionis pignus nobis dederit. Non propter seipsum tantũ Christus resurrexit, sed vt fidem nobis faceret, quòd aliquando & nos etiam cum illo resurgemus. Si Christus resurrexit, & nos resurgemus, ait apostolus gentium Paulus: at si nos nõ resurgemus, neq; Christus resurrexit. Hoc autem vos minimè latet, chariſsimi fratres, caput nostrum Christum esse: nos autem eius membra & ossa: ita vt per fidem coniuncti, vnum corpus efficiamur. Quid verò de capite nostro Iohannes ait? Ad Christum autem cùm veniſsent, non fregerunt eius crura, vt impleretur quod dictum est: os non comminuetis ex eo: At nos, carnes Christi sumus: ossa, sanguis: hoc os de ossibus meis, & caro de carne mea: sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et Ecclesia. Surget ergo caput ex mortuis, membra remanebunt? caput languidum? caput truncatum? Quod, quæso, genus monstri esset, caput sine corpore viuere? Sed sicut omnes in Adamo moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabũtur: per vnum homi-

cion, quand il disoit: Si nous espérions en Christ, seulement en ceste vie, nous serions les plus miserables homes de l'vnivers. Louëz le Seigneur, auditeurs tres-chrestiës, car à ce jourd'huy il nous a donné les arres tres-certaines, de nostre infallible resurreccion. Christ n'est pas ressuscité pour soy-mesme seul, mais afin qu'il nous certifiast, que nous ressusciterons aussi quelque fois avec luy. Si Christ est ressuscité, et nous ressusciterons aussi dit l'apostre des gentilz saint Pol: que si nous ne ressuscitons pas, aussi Christ n'est point ressuscité. Or cecy n'ignorez vous pas, tres-chers freres, que Christ est nostre chef, et nous sommes ses membres et ses os: en sorte que conjoins par foy avec luy, nous ne faisons qu'vn mesme corps.

Mais que dit Iehan de nostre chef? Quand ilz vindrent à Christ, ilz ne luy rompirent pas les jambes: afin que fust accomply ce qui est dit: Vous ne casserez aucun os d'icceluy. Or quant à nous, nous sommes la chair de Christ, ses os, son sang: Ces os, sont de mes os: et ceste chair, de ma chair: ce mistere est grand, mais je le dy entre Christ et l'Eglise. Or le chef se relevera-il des morts, et les membres demeureront? vn chef languissant? vn chef retrenché? Mais je vous pryc, quel genre de monstre seroit-ce, qu'vne teste vesquist sans corps? Mais tout ainsi que tous sont mors en Adam, ainsi seront-ilz vivifiez en Christ: par vn

hominem mors, & per vnũ hominem resurrectio mortuorum. Laudemus ergo, hunc Deũ & dominum, auditores, quòd nos hodie futuræ immortalitatis certissimos fecerit. Nõ me mouẽt dicta vel Epicuri, vel Saducæi calumniantis: Nouorum dæmoniorum annuntiator est iste, qui mortuorũ resurrectionẽ prædicat. Magis me mouent verba Pauli asserẽtis: Saluatorẽ expectamus Dominum nostrum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostræ, transfiguratum corpori claritatis suæ. Quocirca dicat philosophus naturam ignorare hunc regressum ex morte in vitam: nos autem christiana philosophia eruditi affirmemus, hìc mortem & naturam obstupescere: naturam quidem, quòd ex cineribus & puluere homines oriantur: mortem verò, quòd ex suis visceribus vita nascatur: tum denique simul mortem & naturã horrescere & admiratione cõcuti, quòd nos semel iterumq; nasci videãt: primò quidem imbecilles & infantulos: tum verò sic stabiles & firmos vt nihil ad perfectionem complendam desideretur. Ideoq; mors stupebit & natura, dum resurget creatura. Quæ cùm ita sint, oblatret hæreticus dicatq; resurgentium vitam mille annos duraturam: Nos autem sermone diuino edocti dicamus,

quòd

hõme eſt la mort, et par vn hõme la reſurrecciõ dẽs morts. Louõns donc ce Seigneur noſtre Dieu, auditeurs, car il nous a à ce jour-d'huy fait treſ-certains, de noſtre future immortalité. Ie ne me meu nullement du dire ou de l'Epicurien, ou du calumniateur Saducien: Ceſtuy-cy nous annonce dẽs dieux nouveaux, lequel preſche la reſurreccion dẽs morts.

Mais lẽs parolles de Pol me touchent plus, me confirmant ainſi: Nous attendons le Sauveur noſtre Seigneur Ieſu Chriſt, qui reformera le corps de noſtre vilité, tranſ-figuré au corps de ſa clarté. Parquoy que le philoſophe díe que la nature ignore ce regrés, de mort à la vie: mais nous eſtans inſtruits en la philoſophíe chreſtienne certifions cecy: icy la mort et la nature s'eſmerveilleront: la nature, voire, acauſe qu'elle verra lés homes ſoudre de la poudre et cendres: la mort ſemblablẽment, de ce que la víe naiſtra de ſés entrailles: en aprés finallement la mort et la nature enſemble s'eſtonneront ſurpriſes d'vne grande admiracion, de nous veoir naiſtre vne et deux fois: la premiére, de fait, imbéciles et petis enfans: puis aprés tellement eſtablis et renforcez, qu'on ne ſçauroit rien deſirer d'vne perfeccion complete. Parquoy la mort et la nature s'eſtonneront, quãd la creature reſſuſcitera. Leſquelles choſes eſtãs vrayes, que l'hérétique abbaye et díe que la víe de ceux qui reſſuſciterõt, durera ſeulemẽt mille ans: Mais nous, enſeignez par la parolle

quòd mors nõ erit vltra, neq; luctus, neq; clamor: quia oportet corruptibile hoc, induere incorruptionẽ: & mortale hoc, induere immortalitatem: Christus enim resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Ah, miseri: & quando veniet illa dies, in qua verè & sine aliquo timore morti infernoque insultare, eiq; cũ Apostolo in facie poterimus dicere: Vbi est mors victoria tua? vbi est stimulus tuus? Cuius rei certitudinem nobis vt faceret idem Apostolus dicebat: Nouissimè autẽ destruetur inimica mors. Ex quo factũ est, ut in Christi resurrectione sperantes, futuram vitã expectemus: eo quòd, Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantẽ spiritum in vobis. Hoc est duellum inter Christum & Adamũ, Londinenses, vt Adamus nos omnes morti obnoxios fecerit: Christus verò non perditam solùm & amissam vitam nobis restaurarit: verùm & omnem mortis timorem in sempiternum ademerit: Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperiũ, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. O mors crudelis, ait ethnicus, & amara nimis, quæ sancto intimoq; illo amoris vinculo

divine, disons, que la mort ne sera plus, ny deuil, ny clameur: car il faut que ce corruptible-cy, veste l'incorruptible: et ce mortel, veste l'immortel: car Christ ressuscitant des mors, ne meurt plus: la mort ne luy dominera plus. Oh, miserables que nous sommes, et quand viendra ce jour, auquel et sans aucune crainte, nous nous pourrons élever, voire contre la mort et l'enfer et leur dire en la face avec l'Apostre: Mort, où est ta victoire? où est ton aguillon? De laquelle chose pour nous en faire certains, le mesme Apostre disoit: A la parfin ceste mort nostre ennemie sera destruite.

De là vient que nous confians en la resurreccion de Christ, nous attendons la vie future: acause que celuy qui a ressuscité Iesus Christ des morts, vivifiera noz corps mortelz, à raison de son esprit, lequel habite en vous.

Cecy est vn conflit entre Christ et Adam, Messieurs de Londres, assavoir que Adam nous a faits tous coulpables de mort: mais Christ ne nous a pas seulement restauré la vie perduë, mais aussi nous a osté à jamais toute crainte de mort, afin que par la mort il destruisist celuy qui avoit esté auteur de mort, et delivrast ceux qui par crainte de mort, toute leur vie estoyent subjets à servitude. O mort cruelle et encore plus amère, dit le payen, laquelle desjoins ceux qui sont liez du saint et estroit

vinculo ligatos ſeiungis: quæ fratres chariſſimos, amicosq; coniunctiſſimos a mutuo & familiari colloquio importuna falce tua ſeparas: ſenſi enim importunitatem tuam, cùm mihi amicum, animæq; dimidium è medio tolleres: cùm è ſinu meo violẽta manu raperes: cùm ex doctorum muſarumq; conſortio, nullis naturæ ſeruatis legibus, orco traderes: poſtea verò chriſtiana ope releuatus, eidem morti inſultãs ſic loquitur: Sed hodie, gaudeo, Chriſti beneficio exciſi ſunt nerui tui: retuſæ ſunt veneno delibutæ ſagittæ tuæ: hodie deſolati ſunt & ſicci tui fontes: hodie eneruatæ ſunt tuæ vires: repleti ſunt inexplebiles tui gurgites: deuoraſti prophetam illũ Ionam, ſed Chriſtũ, cuius ille typus erat, velis nolis viuũ reddidiſti: Et ecce plus quàm Ionas hìc: morte ſua, ô mors, mortua es, nos autem, te inuita, & ecce viuimus: lætamur & gaudemus, tu verò propter imperium tuum ſubactum, cruciaris. Sed quis maiorem exultandi occaſionem deſideraret? Senſerunt enim tantam in præcordijs lætitiã alioquin beatiſſimi illi ſpiritus, vt ſuauiſſimũ illum cantum duplicauerint hallelujah, hallelujah: *quaſi dicas, laudate Dominum. Laudemus, igitur, vno ore hũc Deum noſtrum & Dominũ, chriſtianiſſimi auditores, quia hodie*

mortis

lien d'amitié: toy qui de ta faux importune ſépare les freres treſ-chers et amis treſ-fidelles de leur mutuelle et familiére communicacion: j'ay ſenti ton importunité, quand tu m'emportas mõ amy, et l'autre moytié de ma vie: quand tu le ravis de mon ſein avec ta main violente, quand de la compagnie des ſçavans et muſes ſacrées, n'ayãt eſgard aux loix de nature, tu l'as delivré au tombeau: mais aprés eſtant ſolagé par l'aide qui eſt en Chriſt, s'eſlevant contre icelle mort il parle en ceſte façon: Mais à ce jour-d'huy, et j'en ſuy fort joyeux, par la faveur de Chriſt, tes nerfs ſont retrenchez: tes fleſches teintes en venin ſont rebouchées: au-jour-d'huy tes veines et ſources ſont déſolées et aſſechées: tes gouffres inſaciables ſont remplis: tu devoras le prophete Ionas, mais, maugré toy, tu as rendu noſtre Chriſt vivant, duquel il eſtoit le vray patron: Or y a-il icy plus que Ionas: par ſa mort, ô mort, tu es morte, mais quãt à nous, maugré toy, voicy nous ſommes en vie: nous nous eſgayons, et réjouïſſons: mais toy tu te tormentes acauſe de ton empire rédigé en ſervitude. Mais qui deſireroit vne plus grande occaſion de ſe réjouïr? Ces eſprits, de fait, biẽ-heureux ont ſenti telle joye en leurs entrailles, qu'ilz en ont redoublé ce chant treſ-mélodieux Halelujah, Halelujah: comme ſi tu diſois, louëz le Seigneur. Or louõns, donc, d'vne meſme bouche le Seigneur noſtre Dieu, auditeurs treſ-chreſtiens, car au-jour-d'huy

mortis iugum è noſtris ceruicibus Chriſti reſurrectione excuſſimus: miſerabilē hodie ſeruitutem procul a nobis depulimus: quia hodie triumphator noſter hoſtes noſtros profligauit: hodie Moſes Pharaonē ſubmerſit: Samſon hodie Philiſtæos interemit: Dauid hodie immanē Goliath gigantē ſuperauit: hodie vita mortē noſtrā debellauit: hodie Chriſtus de morte, de inferno, de diabolo triumphauit. Tibi nos, tuæ redemptæ creaturæ gratias immortales agimus, Chriſte Ieſu, quia tam potentē aduerſarium, etſi in ſepulchro iaceres, tam mirabiliter occidiſti. Sed quæ maior tyrannis eſſe poterat, iſtius acerbiſſimæ mortis tyrannide, quæ nos nec quiſcere, nec ſpirare permittebat? Regnauit mors ab Adamo vſque ad Moſem, Theologi, etiam in eos qui non peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adæ: nūc verò extincta eſt, & in Chriſto vita regnat. Regnabūt tunc animæ fideles, quæ carnem ſuam cum Chriſto crucifixerunt, quando nouiſſima illa tuba horrifico ſonitu ſuo inferos concitabit: ſepulchra commonebit: & vitā cineribus condonabit. Canet, canet tuba, & mortui reſurgēt incorrupti. Ideoq́, quod nunc ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria: quod ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute: quod ſeminatur

nous avõs ſcouë le joug de noſtre col : au-jourd'huy nous avons repouſſé loing de nous vne miſerable ſervitude: car noſtre triumphateur a, à ce jour mis bas noz ennemis : Moyſe a à ce jour-d'huy noyé Pharao : Sanſon a au-jourd'huy occis les Philiſtins : David a ſurmonté ce hydeux geant Goliah : la vie a au-jour-d'huy debellé noſtre mort : Chriſt a au-jour-d'huy triumfé de la mort, de l'enfer, et du diable. Nous, tes creatures rachetées, te rendons graces immortelles, ô Ieſus Chriſt, lequel, encore que tu fuſſes couché au ſépulche, as ſi miraculeuſement tué noſtre ennemy.

Mais quelle plus grande tyrannie pouvoit-il avoir, que celle de ceſte treſ-cruelle mort, laquelle ne nous ſouffroit aucunement repoſer, ny meſme reſpirer?

La mort a regné deſpuis Adam juſques a Moyſe, Meſſieurs les Théologiens, voire, en ceux qui n'avoyent point peché, en la ſimilitude de la prévaricacion d'Adam : mais maintenant elle eſt eſteinte, et en Chriſt regne la vie. Alors regneront ces ames fidelles, leſquelles ont avec Chriſt crucifié leur chair : quand celle derniére trompette de ſon eſpoventable ſon concitera les enfers: eſmouvera les ſépulchres: entonnera la vie aux cẽdres. Elle ſonnera, elle ſonnera ceſte trõpette, et les mors reſſuſciterõt incorruptibles. Parquoy ce qui eſt maintenãt ſemé corruptible, reſſuſcitera en gloire : ce qui eſt ſemé en infirmité, ſe relevera en force et vertu: ce qu'on

minatur in corruptione, ſurget in incorruptione: quod ſeminatur animale, ſurget ſpirituale. Venit hora quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Nolim tamen vos exiſtimare, hanc tubam ex aliquo metallo vel craſſa materia confectam, Londinenſes, ſed eſſe verbum æternum ſummi patris, cuius nutu facta ſunt omnia. Hæc eſt illa tuba, docti, quæ ante homines creatos antiquũ illud chaös diuiſit: elementa purgauit: cælum ſuſpendit: terram librauit: aquis terminos præſcripſit. Hæc eſt, inquam, illa tuba quæ ſtatutis temporibus per dies, menſes, annos, occidit atque viuificat ſemina: vocat & reuocat diem & noctem: ſolem & lunam: ſtellas & ſydera omnia: omnibus vitam, omnibus incrementum, omnibus interitũ præbens. Quare ergo ſomno ſopita corpora noſtra excitare non poterit? Canet, canet tuba, & mortui reſurgent incorrupti: quia nunc quidem mortui eſtis, ſed vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: cùm autem apparuerit Chriſtus vita veſtra, tum & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Quid autem in his quæ ſunt naſcitur, quod idem interitum non patiatur? quid porro moritur, quod non rurſus idem naſcatur? Dies ad auroram ſurgit, ad veſperũ verò occidit,

ſemé en corrupcion, reſſuſcitera en incorrupcion: ce qu'eſt ſemé brutal et charnel, reſſoudra ſpirituel. L'heure eſt venuë que les morts orront la voix du filz de Dieu, et ceux qui l'orront vivront. Ie ne voudroye pas, toutefois, que vous penſaſiez, que ceſte trompette fuſt faite, ou de quelque metal, ou bien forgée de quelque autre groſſe étoffe, Meſſieurs de Londres, mais que ceſt la parolle éternelle du Pere ſouverain, ſelon le vouloir de laquelle toutes choſes ont eſté faites. Ceſt ſte trõpette, doctes, laquelle devant que les homes fuſſent formez, a diviſé ceſt ancien chaös, et confuſion des choſes: a purgé les élémens: a ſuſpẽdu le ciel: a peſé la terre: a preſcrit aux eaux leurs limites. Ceſt, dy-je, celle trompe, laquelle en certain temps, jours, mois, années, mortifie et vivifie les ſemẽces: appelle et rappelle le jour et la nuit: le ſoleil et la lune: les eſtoiles, et tous les aſtres: elle dõne à tout la vie, elle dõne à tout l'accroiſſemẽt, elle dõne à tout la mort. Pourquoy donc, ne pourra elle reveiller noz corps enſevelis en ſõmeil? Elle ſonnera, elle ſonnera la trõpette, et les morts reſſuſciterõt incorruptibles: car maintenãt, certes, vous eſtes morts, mais voſtre vie eſt cachée avec Chriſt en Dieu: or quand Chriſt voſtre vie apparoiſtra, adõc et vous apparoiſtrez avec luy en gloire. Or je vous prye qu'y a-il entre les choſes qui ſont qui viẽne à naiſtre, que le meſme ne ſouffre mort? Quãt au reſte, qu'eſt-ce qui meurt, qui ne viẽne à renaiſtre? Le jour à l'aube ſe léve,

dit, tum aurora sequenti resurgit: sol quolibet die nascitur, tum per nostrum hemisphærium peracto cursu cadit, vt iterum reuiuiscat. Tempora nascuntur, cùm incipiunt: moriuntur, cùm transeunt: resurgunt, cùm in circulum reuertũtur. Qui, igitur, nec Christo, nec apostolis fidem adhibet, adhibeat saltem sibi ipsi, proprijs oculis, elementis omnibus, mũdo vniuerso, quorum omnium tacita quædam vox, futuram resurrectionem demonstrat. Sed, hei mihi, cur a remotioribus argumenta petimus? Nonne tu ipse, ô homo, proprijs manibus res corruptas ac putidas, sine sensu, sine motu, quarum spes est veluti perdita, nonne, inquam, ex morte ad vitam reuocas? Quid vetabit, igitur, quo minùs te somnum mortis dormientem excuscitet Dominus? Quòd si agricola granum tritici accipiat, atque terram proscindens & rescindens, eidem tandem probè cultæ atque elaboratæ fouendum tradat: nonne primùm, velut mortuum, in terræ viscerib̃us iacet? Postea verò, effluxo aliquo temporis interuallo, nonne tepore terræ & calore solis tumescit? nonne putredo illud corrumpit? Cùm autem ad hũc terminum peruenit, vt vlteriùs progredi non liceat, ita vt nulla sit resurrectionis expectatio:

Ecce

mais ſur le ſoir il va bas, puis au jour poignant qui ſuit, il ſe releve : le ſoleil chacun jour naiſt, puis ayant fait ſon cours par noſtre orizon, il tombe, afin que de rechef il revive. Les temps naiſſent, quād ilz cōmencent: ilz meurent, quād ilz paſſent: ilz reſſuſcitent, quād ilz retournent à leur poinct. Celuy, donc, qui n'adjouſte foy ny à Chriſt, ny aux apoſtres : à tout le moins qu'il croye à ſoy-meſme : à ſes propres yeux : à tous les élements: au monde vniverſel: deſquelz vne certaine voix tacite, nous denonce la reſurrecciō future. Mais, povre home, pourquoy cerchōs nous noz raiſons de ſi loin? Ne vois tu pas, ô home, que de tes propres mains, les choſes corrompuës et pourries, leſquelles ſont ſans ſentiment, ſans mouvement, l'eſpérance deſquelles eſt cōme perduë, ne vois tu pas, dy-je, que tu les rappelles de mort à la vie? Qui, dōc, empeſchera que le Seigneur ne te reveille, toy qui dors le ſommeil de la mort? Que ſi le laboureur prēd le grain de froment, et labourāt et ſillonnant la terre, aprés qu'il l'a bien cultivée et labourée, il le luy baille cōme pour le couver, je vous prie ne demeure il point premiérement cōme mort aux entrailles d'icelle? Puis aprés que quelque eſpace de temps s'eſt écoulée, par l'humidité de la terre et chaleur du ſoleil ne s'enfle il point? la pourriture ne le corrompt elle point? ainſi aprés qu'il eſt parvenu à ce point, qu'il ne luy eſt licite de paſſer plus oultre, en ſorte qu'il n'y a eſpoir quelconque d'vne reſurreccion future:

Ecce ſtatim in germine reuiuiſcit, adoleſcit in herba, in ſpica denique caneſcit. O admirabile naturæ miraculum: diſce, homo, diſce te oro, non ſolùm granum in cibo tibi erit, verùm & in ſolida doctrina, vt futuram tui corporis reſurrectionem non contemnas.

Infœlices illi, ô vos Aulici, qui phiſicis argumentis moti, impiam illam Epicuri ſentẽtiam in medium proferre non verentur: Mortuo corpore, mortua eſt & anima: oh miſeri, ecquis talium homuncionum miſeribitur? Nequiſſimus bipedum Herodes, reſurrectionem mortuorum futuram credidit, cùm propter Chriſti miracula, Iohannem Baptiſtam ex mortuis ſurrexiſſe diceret. Sed quorſum me in iſtis Epicureis edocendis excrucio? An perditi iſti alchimiſtas aurum puriſſimum ex re viliſſima extrahere, aut elicere poſſe fatebuntur: & ſummum artificem ex ſeminario iam a mundi principijs in terram emiſſo homines excitare poſſe denegabunt? Hoc profecto nimis eſt abiectè, ne dicam malignè, de Dei potẽtia ſentire, cùm ei denegamus, quæ hominũ induſtria perfici poſſe cõcedimus. Aquam vino permixtam, inuenias qui poſsint rurſus a vino ſecernere: maſſas ex auro, argento, ære, atque chalybe concretas licebit aurifabris, & metallarijs

Voi-là incontinent il rénaiſt au germe, il rajuniſt en l'herbe : finallement en l'eſpi il devient vieil. O miracle admirable de nature:apprens, home, apprens je te prie : et le grain ne te ſert point ſeulement pour viande, mais auſſi pour vne doctrine ſolide,afin que tu ne meſpriſes la reſurreccion de ton corps. Malheureux ſont ceux-là, Meſſieurs les courtiſans, leſquelz eſmeus par je ne ſçay quelz argumentz philoſophaux,n'ont point honte de proférer ceſte meſchante ſentence d'Epicure:mort le corps,l'ame eſt auſſi morte : oh miſerables,et qui aura pitié de telz vilains ? Herodes le plus meſchant de tous les homes, a creu la reſurrecciō des morts, quand eſtant eſmeu par les miracles de Chriſt, il diſoit que Iehan Baptiſte eſtoit reſſuſcité des morts. Mais pourquoy me tormente-je à enſeigner ces Epicuriens? Ces deſeſperez icy me confeſſeront-ilz que leurs Alquimiſtes peuvent extraire et tirer le pur or d'vne choſe treſvile et abjecte : et me denieront que ce treſexcellēt ouvrier ne pourra rappeler ſes creatures, de la ſemence deſja jettée en terre dés le commēcement du monde ?Certainement c'eſt trop niaiſement fait,afin que je ne die malignemēt, d'eſtimer ainſi de la puiſſance de Dieu : de luy denier ce que nous cōcédons pouvoir eſtre fait par l'induſtrie des homes. Tu en trouveras qui ſçavent ſéparer l'eaue meſlée avec le vin : c'eſt choſe cōmune aux orfeuvres,et ouvriersen metaux,de ſéparer maſſes meſlāgées avec l'or,l'ai-

rijs in ſuas partes diſſoluere. Quid? an non eſt peruulgatum vt ex re quauis, quantumuis ſicca & arida, plerique iam fere omnes, poſſint oleum, ſeu ſubtilem quendam liquorem extrahere? Tam multa, tam admiranda, tam a ſenſibus remota poterit homuncionis ingenium, Deus verò, quem omnipotentem prædicamus, quemq; ex nihilo mundum creaſſe agnoſcimus, non poterit humana corpora è cineribus & rerum principijs denuo reuocare? Ergo iſtis delirijs magnificum hoc oraculum potiùs opponamus ex Apoc. 20: Et dedit mare mortuos ſuos qui in eo erant: & mors, & infernus &c. Oh, ſi optare liceat, cur non eſt mihi in præſentia, propter infideles, aut in fide titubantes, vel magica ſcientia, vel miraculorum gratia? Euocarem nunc ex profundiſſimis inferorum locis mille ſpiritus, quorum præſentia vobis animorum æternitatem confirmarem: tametſi reprobi minùs prophetis & Euangelio credentes, nec & ſpiritibus ad nos reuocatis crederent. Sed eſto: euocarem imprimis nobiliſſimos animos, quorum vis & natura niſi ex ſempiternis ſuperorum ignibus, ſi homini chriſtiano ita ſentire liceat, originem traxiſſent, nunquam, dum in mortalibus corporibus agerent, tam varias tamq;

multi-

rin, et acier, et chacune d'icelles dissouldre en leurs propres parties. Quoy? mais n'est-il pas vulgaire et cõmun, de quelque chose que tu voudras, tant seiche et aride soit elle, que plusieurs, voire presque tous, peuvent extraire de l'huile, ou biẽ vne certaine liqueur grasse? Maintenant l'esprit d'vn homelet pourra-il faire tãt de choses, tãt admirables, tãt eslongnées de noz sens, et Dieu, lequel nous disons estre tout-puissant, et cõfessons avoir creé le mõde de riẽ, ne pourra-il rappeler les corps humains, voire des cendres, et choses lesquelles ont desja eu cõmẽcemẽt? Opposons, dõc, à telz songes et resveries, ce tres-magnifique oracle, en l'Apocalypse 20. Et la mer a rẽdu ses morts, lesquelz estoyent en icelle: et la mort, et l'enfer: et ce qui s'ẽsuit. Oh, s'il estoit licite de souhaitter, que n'ay-je maintenãt, acause des infidelles, ou chãcelans en la foy, ou l'art magique, ou biẽ le don et grace de faire miracles? Ie vous rappeleroye tout presentemẽt du plus profond des enfers vn millió d'esprits, par la presence desq̃lz je vous prouveroye l'éternité de noz esprits, encor q̃ les reprouvez, ne tenans compte des prophetes, ny de l'Evãgile, encor moins croyroyent ilz aux esprits s'ilz estoyent revenus à nous. Mais qu'il soit ainsi: en premier lieu je rappeleroye ces nobles esprits, la vigueur et nature desquelz, si elle n'eust eu son origine de ces estincelles celestes, s'il faut q̃ le chrestiẽ parle ainsi, ilz n'eussent jamais invẽté tant de divers arts et sciences, ce pendant qu'ilz

multiplices artes inuenissent: nunquam terram, mare, aërem sibi peruia fecissent. Sed quò deuenimus? quò nos orationis impetus rapuit? quæ terræ, quæ maria nos excepe-runt? Non disputo ego de animorum immortalitate, vel mortuorũ resurrectione, aut apud barbaros, aut à vera fide alienos: sed apud hos charissimos fratres, qui meliùs exemplo, vita, atque pietate quàm ego verbis, animorum immortalitatem exprimunt. Hæc est, hæc est, inquam, vera illa pietas, non argutè aut eleganter ad doctrinæ ostentationẽ de rebus diuinis disserere, imo verò, secundũ Christi præceptum, manu aratrum mordicus indefessę tenere: nec a tergo quamuis cælum, terra misceantur, respicere. Quamobrem hunc locum non occupaui, vt vobis probarem animos æternos esse & sempiternos: quia cùm prima principia non sint probanda, sat erit si ea duntaxat defendamus: sed vt particulam quandam laudum diuini huius animi nostri breuiter attingerem: vt deinde æquum vestrũ iudicium iudicet, vtrum dignus morte vel vita videatur. Non quòd animorum æternitas a nostro pendeat iudicio, Londinenses, vbi namę esset fides, quæ nullis humanis rationibus fulciatur? Si igitur huius, de quo agimus,

demouroyent en leurs corps mortelz : ilz ne se fussent jamais ouvert les chemins de la terre, de la mer, de l'air. Mais où sommes nous arrivez ? où nous a tiré l'ardeur et impétuosité de nostre discours ? quelles terres, quelles mers nous ont logez? Moy, je ne dispute point de l'immortalité des esprits, ou resurrecciō des morts, ny devāt des barbares, ny en la presence de gents estrangez de la vraye foy : mais devant ces freres treschers, lesquelz demōstrent myeux l'immortalité de l'ame par bon exemple, intégrité de vie, et pieté, que je ne la pourroye exprimer par mes parolles. Cecy est, cecy est, dy-je, la vraye pieté, non de subtillemēt et élégamment disputer des choses divines, et par vne vaine ostentacion de doctrine: mais bien, selon le commēdement de Christ, tenir fermement et sans se lasser, la main à la charruë : et ne regarder derriére, encor que le ciel et la terre se confondissent. Parquoy je n'ay pas occupé ce lieu, pour vous prouver que les esprits sont éternelz. car si les principes d'aucunes sciēces ne se prouvent point, il suffira que seulement nous les defendiōs: mais afin de toucher succintemēt quelque particule des louänges de ce nostre esprit divin, afin que puis apres vostre juste jugement puisse juger, s'il est digne de mort, ou de vie. Non pas que l'éternité des ames, depende de nostre jugement, Messieurs de Londres, car autrement où seroit la foy, laquelle n'est point appuyée sur aucune raison humaine? Si donc quelque platonique venoit à

mus, animi naturam Platonicus quidam intueretur, nõ humilia aut abiecta æmulari inueniret, non homines sectari, non prouincias aut climata: non aliquid, quod in sensum cadat, auere: sed ad ipsam speciem & formam anhelare, quò propius ad perfectissimã ideam accedere posset: ita quidem vt quemadmodum in omnibus artem naturæ, sic hominem Dei Opt. Max. simiam apparere idem Platonicus confirmaret. Præterea, si homo sit illarũ sempiternarum idearum imago: deinde cùm sit idẽ motus imaginis in rem, qui est rei in imaginem (imago enim non ad se, sed ad aliud dicitur, & id totũ quod est, illius est ad quod refertur) ne igitur miremini si homo in omnibus Deum æmuletur: si eius opera cupiat imitari: si scientiam, prudentiam, sapientiã tantopere desideret. Ecquid, quæso, in rerum natura inueniri potest, quod homo arte & industria nõ præstet? Videtis imprimis quo modo auaram & parcam erga homines naturam poetæ nominauerint: quæ illos sine veste, sine armis, domibus, supellectili, nudos denique in lucem emiserit: contra verò, quàm liberalis, quàm magnifica, vel etiam prodiga fuerit in belluas: & tamen sic fæliciter se omnibus rebus muniuit homo, vt nullum animal quam-

uis

conſiderer la nature de ceſt eſprit, duquel nous parlons, il ne le trouveroit pas cerchant choſes baſſes et abjectes, ny moins briguer ou pourſuivre choſes humaines, ny les provinces et climats: ny finalemẽt deſirer choſes qui tombent ſoubz noz ſens: mais biẽ aſpirer à celle eſpece et forme, afin de pouvoir approcher de ceſte perfaite idée: en ſorte que ledit platonique confirmeroit, que tout ainſi que l'art eſt imitatrice de la nature, auſſi l'home eſt cõme le ſinge à enſuivre ce grãd Dieu. Davãtage, ſi l'home eſt l'image de ces idées ſempiternelles: en apres, s'il y a vn cours réciproque de l'image à la choſe quelle repreſente (car l'image n'a pas recours à ſoy-meſme, mais à la choſe dõt elle eſt image: et ce total qui cõſiſte, eſt de ce, à quoy il eſt référe) ne vous eſmerveillez dõc nullement, ſi l'home eſt vn émulateur de Dieu en toutes choſes: s'il deſire d'imiter les œuvres d'iceluy: s'il deſire ſi fort ſciẽce, prudence, ſageſſe. Mais je vous prie, que ſçauroit on deſirer en l'vnivers, que l'home ne face par ſon art et induſtrie? Vous voyez en premier lieu comment les Poetes diſent que la nature s'eſt monſtrée ſi avare et eſcharſe envers les homes, qu'elle les a produits ſans veſtemẽt, ſans armes, vtenſiles, maiſons, finallement les a mis au monde tous nuds: mais au contraire, comment elle s'eſt monſtrée liberale, magnifique, mais pluſtoſt prodigue envers les beſtes brutes: et toutesfois l'home s'eſt ſi heureuſemẽt muny de toutes choſes, qu'il n'y a animal tant

bis, vnguibus, pilis, ſquamis, pennis, cornibus, venenis armatum, illius manus effugere poteſt, quin capiatur, frenetur, dometur. Quis erudiuit feros parere leones, picasq; docuit noſtra verba conari? Arant equi, edocentur canes, tripudiant vrſi, loquuntur aues. Quid? columbæ ipſæ tabellariorum officio functæ, per longum itineris ſpatium literas detulerunt. Quid de aquila in gremio illius puellæ victitãte dicã? Quid de illo elephante narrat veſter Plinius, vt edoctus vel literas græcas ſcripſerit? Sed hæc ſuperiora, cùm multo maiora nos expectent dicẽda. Nullũ animal, auditores, præter hominem, ſi vno aut altero elemento, at certè tertio liberè frui poteſt: homo verò, veluti alter Deus, per quatuor elementa ſibi viam patefecit: calcat terram, ſulcat aquas, tenuiſſimo ligno maria penetrare non dubitat: his verò non contentus, aëram auibus occupauit. Non dico Dædalum, Icarum relinquens, Nembrothum prætereo, qui ad tãtam altitudinem turrim illam babylonicam euexerit, vt Deum ipſum atque angelos ad opus impediendum prouocarit: hæc lubens ſubticebo, vt ad homines noſtræ tempeſtatis veniam, quorum tanta fuerit induſtria, vt pernicibus alis aues volatu imitari auſi ſint.

Sed

ſoit-il bien armé, d'ongles, de poil, d'eſcailles, d'aiſles, cornes, venin, qui puiſſe eſchaper les mains d'iceluy, qu'il ne ſoit prins, bridé et dompté. Qui a induit les fiers lyons à obeïr? et qui a enſeigné les pies à contrefaire noz parolles? Les chevaux labourent, les chiens ſont enſeignez, les ours danſent, les oiſeaux parlent. Quoy? meſme les colombes faiſans office de meſſagers, ont porté des miſſives, par vne longue traite de chemin. Que diray-je d'vne aigle, laquelle vivoit au giron de celle pucelle? Que racõte voſtre Pline de ceſt éléphãt, lequel ayant eſté inſtruit, meſme eſcrivoit des caractéres en grec? Mais laiſſons cecy, veu que nous avons choſes plus grãdes à dire. Il n'y a nul animal, Meſſieurs, que l'home ſeul, s'il a la jouïſſance d'vn élément ou deux, c'eſt tout: car certes du troiſieſme il n'en peult jouïr: mais l'home, comme ſi ceſtoit vn autre Dieu, s'eſt fait chemin par les quatre élémens: il piſte la terre, il fend les eaues, il ne fait que le ſerf de penétrer la mer dans vn petit vaiſſeau delié: or n'eſtant content de cela, il a oſté l'air aux oiſeaux. Ie ne nomme point Dédalus, en delaiſſant Icarus, je paſſeray ce Nẽbrot, lequel hauſſa celle tour de Babylone juſques à vne telle hauteur, q̃ meſme il incita Dieu et les anges de venir empeſcher l'œuvre. Ie mettray cecy treſ-volontiers ſoubz ſilence, afin que je vienne aux homes de noſtre tẽps, deſq̃lz l'induſtrie à eſté telle, qu'ilz ont oſé prẽdre des aiſles, afin d'imiter les oiſeaux au vol.

Sed hoc reliqua superare videtur, vt cùm igneo elemento in omnibus commodissimè vtatur homo, hoc insuper sibi pollicèri potest, ignem sic posse temperare, illiq; tales terminos definire, legesq; præscribere, vt vel multum vel parum, locis, temporibus & circunstantijs, non ad placitum, vt sic dicam, sed ad ipsius hominis nutum ardere cogatur. In his itaq; quatuor elementis, quid homines intactũ reliquerunt? Satis per se fidem faciunt domus ampliſsimæ, castella munitissima, ciuitates potentissimæ, templa nobilissima, quorum structuram reliqui homines cùm admirarentur, mundi miracula nuncupauerunt. Non necesse habeo dicere hortos & valles, colles & pomaria hominum studio sic instructa & ornata, vt cum terrestri illo paradiso auderẽt contẽdere. Quid commemorem aditus mari, fluminibus, aquis ab hominibus patefactos? quid etiã machinas illas nauium, quarum beneficio factum est, vt terra, sic mari bellum gereretur? Quid autẽ? nonne per equos dispositos tanquã Pegaseos, homines nõ currere, sed volare vidẽtur? In mari verò per myoparones, vel cum auibus ipsis de velocitate certarẽt. Adde quod natura ipsa præstare nequiuerit, homines in alto, vt in continẽte, aquas dulcissimas inuenerũt.

Venio

Mais cecy ſemble ſurpaſſer tout le reſte: car cõme ainſi ſoit que l'home s'aide fort cõmunémẽt de l'élémẽt du feu en tous ſes affaires, il ſe peut, outre cela, faire fort, de pouvoir tẽperer le feu en telle ſorte, luy définir telles bornes et limites, voire luy preſcrire telles loix, qu'il ſera contraint d'ardre, ou prou, ou peu, en lieu, temps, et ſelon les circunſtances, non pas comme il voudroit, afin que je die ainſi, mais au bon plaiſir de l'home. Or, donc, en ces quatre élements, qu'y a-il où l'home n'ait fureté? Les palais et maiſons treſ-amples en font foy ſuffiſante, les chaſteaux treſ-munis, les citez treſ-puiſſantes, les temples treſ-nobles et ſompteux, la ſtucture deſquelles choſes tirant les homes en admiracion, les ont appellées miracles du mõde. Ie n'ay beſoin de mettre en avant les jardins et vallées, les collines et vergers, par l'eſtude des homes tellement cultivez et ornez, qu'ilz s'oſeroyent eſgaler à ce paradis terreſtre. Pourquoy répéteray-je les voyes et chemins que les homes ont preſcrit à la mer, aux riviéres, aux eauës? que diray-je auſſi de ces grãdes machines de navires, par le moyẽ deſquelles lon combat ſur mer, cõme ſur terre? Mais quoy? par les chevaux de poſte, ne voit on pas que les homes ne ſemblent pas courir, mais voller cõme des chevaux emplumez? En la mer auſſi par ces brigantins, ilz provoqueroyent les oiſeaux à leur vol. Davãtage, ce q̃ la nature n'a ſçeu faire, les homes ont trouvé des eauës douces au milieu de la mer, auſſi biẽ qu'en la terre.

Venio ad aërem: quas turres in altißimis ac præruptißimis montibus non fabricauerunt? quibus tutamẽtis & munitionibus, quibus inſtrumentis bellicis non ſic muniuerunt, vt non hominibus ſolùm acceßus, ſed ne ipſis quidem radijs ſolaribus aditus pateat? Quid in velocißimo aëre non fecerunt? in iſtis bombardis, puluere tormentario, alijsq; iſtiuſmodi inſtrumentis vt fulminare, tonare, cœlum terramq; mouere videantur? Quid? nonne Zeuxis, vt naturam in certamẽ prouocaret, genuinè adeo vuas depinxit, vt non homines, ſed aues volantes deceperit? Apellis equa & canicula, nonne equos inhiantes, & canes adlatrantes inflammauerunt? Præterire non poſſum Architam Tarẽtinũ inſignem illum philoſophũ, cuius gloria & fama motus Plato Tarentum venit, qui tanto artificio columbam ligneam fabricauit, vt certis dimenſionibus, & æquis ponderibus libratam, per aërem volare fecerit. Silentio inuoluere nequeo Archimedem ſyracuſanum, cuius æneum cœlum mouens, tonans, coruſcans, ſatis oſtẽdit quid, quantumq; animi hominũ & bene culta ingenia valeãt. Quæ cum ita ſe habeant, quis tam amens & ignarus rerum, qui animum mortalem, terrenum, caducum, non à brutorum anima diſſimilem:

Ie viẽs à l'air: quelles tours n'ont-ilz fabriquées aux montagnes treſ-hautes et inacceſſibles? de quelles defenſes et munitions, de quelz inſtrumens de guerre ne les ont ilz tellemẽt garnies, que nõ ſeulement les homes n'y ont accés, mais meſme les rayons du ſoleil n'y trouvent point d'entrée? Qu'ont-ilz laiſſé à faire en l'air élément treſ-leger? en ces artilleries, ceſte poudre à canon, et telz autres inſtruments à feu, en ſorte qu'ilz ſemblent foudroyer, tonner, mouvoir ciel et terre? Quoy? Zeuxis, afin d'aguillonner nature en champ de bataille, n'a-il pas depeint des raiſins, par leſquelz il n'a pas deceu les homes, mais les oiſeaux meſmes? La jument et chienne d'Apelles, n'ont elles pas enflammez et chevaux heniſſans, et les chiens abayans? Ie ne puis paſſer ſoubz ſilence ce noble philoſophe Architas tarentin, par le bruit et renommée duquel Plato eſmeu vint à Tarente, lequel fabriqua vne colombe de bois d'vn tel artifice, qu'eſtant conduite par certains contre-poids et meſures, il la faiſoit voltiger en l'air. Ie ne ſçauroye mettre en oubly Archimede de Sarragoſſe, duquel le ciel de bronze ſe mouvant, tonnant, faiſant eſclairs, demonſtre aſſez, quoy et combien peut l'engin des homes, et leurs eſprits bien cultivez.

Or comme ces choſes ſoyent vrayes, qui eſt celuy ſi ſtupide et ſi ignorant des choſes, lequel veuille juger que noſtre eſprit ſoit mortel, terreſtre, caduque, ne differant en rien de celuy

milem: quin potiùs æternum, cœleſtem, diuinum, angelis ſimilem affirmet? Vellem, auditores, vt qui animos mortales faciunt, artes ab hominibus iuuentas accuratè & æqua lance trutinarent: ſubtilem argutamq; computationẽ in numeris: diligentem acuratamq; deſcriptionem in figuris: munitiſſimas obſeruationes in cœleſtibus orbibus: nouos modos, & non ſatis laudatas diminutiones, in omni genere muſices: lepores & argutias in arte poetica: ſtratagemata in rebus bellicis: artificium in typis & libris excudendis: ſimplicitatem illam diuinamq; inuentionem in medicina: diuerſas & obſcuras leges, atque principum pontificúmque decreta in vtróque iure. O admirabilis iſte animus: & tamen his non contẽtus, ad altiora anhælat: quo modo voluatur cælum: quo pacto ſcintillẽt ſtellæ: quæ magnitudo ſolis: accretio & decretio lunæ: & quo modo ſuperiora illa corpora, in hæc inferiora agant: & quorſum tantæ aquæ ſuper cælos: vnde terræ motus: fluxus, & refluxus maris: quî fiat arcus in nubibus: cùm ſit mare ſalſum, vnde ſuauiſſimi fontes & piſces in eo reperti: quo modo generati ſint montes altiſſimi: quo modo illa terræ moles ſuper aquas natura fluxas, inconcuſſa permaneat.

Quid

dés beſtes : mais pluſ-toſt éternel, celeſte, ſemblable aux anges ? Ie voudroye, Meſſieurs, que ceux qui font lés eſprits mortels, vinſent vn peu à peſer d'vne juſte balance, lés arts inventez dés homes, la ſubtile et ingenieuſe invẽciõ touchant lés comptes : la diligente et exacte deſcripcion quant auz figures : lés treſ-petites obſervacions aux corps celeſtes : lés nouvelles invencions, et non aſſez recommendées diminucions en tout gẽre de muſique : lés mignardiſes et petites ſurpriſes en l'art de poëſie ; lés ſtratagémes et ruſes au fait de la guerre : l'artifice en l'imprimerie : ceſte pure et divine invencion en la médecine : lés diverſes et obſcures loix, avec lés decrets tant dés princes que dés pontifes au droit civil et droit canon. O combien eſt admirable ceſt eſprit : et toutef-fois non content de ce, il aſpire à choſes plus hautes : cõment le ciel ſe tourne : en quelle ſorte lés eſtoiles eſtincellent : quelle eſt la grandeur du ſoleil : l'accroiſſement et décroiſſemẽt de la lune : cõment lés corps celeſtes agiſſent et opérent en ceux cy bas en la terre : que font tant d'eaues, et à quelle fin elles ſont ſur lés cieux : d'ou procéde le tremblement de terre : le flux et reflux de la mér : cõment s'engẽdre l'arc es nues : veu qu'ainſi ſoit que la mér eſt ſalée, cõment ſe trouvent en icelle lés fontaines d'eaues douces et poiſſons : cõment furent faites et engẽdrées cés tant hautes montagnes : comment ceſte lourde maſſe de terre, cõſiſte deſſus lés eaues, de leur nature fluides et inconſtãtes ?

Quid dicam? aut quo vlteriùs progrediar? Percontantur homines quid ſit paradiſus ille terreſtris tantopere a Moſe laudatus: vnde tãta varietas in facie & vultu hominum, vt cùm ſint propemodum infiniti, vix tamẽ duos ex omni parte ſimiles reperias. Deniq́, vires & facultates gemmarum inueſtigãt: quo modo naſcantur: quid illas generet: vnde tanta vis poteſtasq́, in verbis, vt ſolo ſermone ſerpẽtes incantare, veneno mederi valeant. Hei mihi, ecquis non lubenter ſciret, niſi prohiberemur nimiũ alta ſapere, quo modo Deus vniuerſum procrearit? ante mundi conſtitutionẽ aut vbi eſſet, aut quid ageret? Quãtũ verò nos exeruciamus in perſcrutando quid ſit præſcientia, quid prædeſtinatio, quid vocatio ad ſalutem, quid reprobatio ad interitũ? Cùm igitur ſit hoc hominibus à natura inſitum, vt incredibili quadam ſciendi cupiditate teneantur, hinc liquidum eſt & clarum, nunquam nobis ſatis eſſe factum, quandiu vel ars, vel aliqua ſcientia nos lateat: ſed in percontando ita ſe homo ſtrenuum ac diligentem præbet, vt nihil indiſcuſſum vel intentatum relinquat: imo verò vel noua inuenire, vel inuentis addere, vel iam inuenta mutare, & dies & noctes, & domi & foris non ceſſet.

Sed

Que diray-je? et où me tourneray-je? ilz s'enquerent que c'eſt de ce jardin de plaiſance, tant recommẽdé par Moïſe, d'où vient vne telle varieté en la face des homes, leſquelz, combien qu'ilz ſoyent preſque infinis, toutesfois à grãd peine en trouveras-tu deux ſemblables. Finallement ilz deſirent ſçavoir la proprieté et nature cachée aux pierres précieuſes: comment elles naiſſent: comment elles ſont engendrées: d'où provient vne telle vertu aux parolles, en ſorte que par le ſeul parler ilz peuvent enchanter les ſerpẽs, et oſter le poiſon et venin. Helas! et qui ne ſçauroit volontiers (ſi on ne nous deffendoit de monter trop haut) comment Dieu a crée l'vnivers? devant la conſtitucion du monde, où il eſtoit, ou qu'il faiſoit? Mais, je vous prie, combien nous tourmentons nous à eſplucher que c'eſt de la préſciẽce, de la prédeſtinaciõ, de la vocaciõ à ſalut, de la réprobacion à la mort? Or comme ainſi ſoit, dõc, que cecy ſoit engravé en tous les homes, qu'ils ſont menez d'vn incroyable deſir de cognoiſtre et ſçavoir toutes choſes, de là s'enſuit vn argument treſ-évidẽt, que nous ne ſommes jamais ſatiſfaits, auſſi lõg temps que, ou art ou ſcience nous eſt cachée: mais l'home ſe mõſtre ſi diſpoſt et diligẽt à cercher les choſes, qu'il ne laiſſe riẽ qu'il n'épluche et n'attente: et qui plus eſt, il ne ceſſe ne jour ne nuit, et en la maiſon et aux champs, ou d'inventer choſes nouvelles, ou adjouſter à celles qu'õ a inventées, ou biẽ chãger ce qu'no a ja invẽté.

Sed quæ miracula ex quorũdam intellectu & memoria? vt alter iurè bonarum artium pater, altera ſine diſcrimine mater habeatur. Cernitis quãta animi vis in Homero ſita fuerit, vt propter ſingularem dexteritatem ingenij, iudicij acumen, memoriæ fælicitatem, ſeptẽ Græciæ ciuitates de eius cadauere, veluti de imperio contenderint. Plato melliflua ſua eloquẽtia, vt nemo hominum meliùs græcè loqui potuiſſet. Ariſtoteles ſuis argutijs, quãtum ornamẽti ingenuis omnibus diſciplinis attulit? Quid dicetis de diuina illa Luculli & Hortenſij memoria? Hortenſij quidẽ in verbis, Luculli verò in ſententijs? Quid de Mithridate duabus ſupra viginti nationibus imperante, quibus ſine interprete, proprio cuiuſlibet nationis idiomate iura dicebat? De Seneca, qui aliquando iactitauit ſe, duo millia nominũ ſine aliquo errore recitauiſſe? Longũ eſſet de Cyro & Scipione dicere, qui milites ſuos proprijs nominibus appellauerũt. Imo verò vix poſteritas crediderit, Londinenſes, vt in virgineo pectore, præter tantarum & tam variarum ſciẽtiarum linguarumq; cognitionem, etiam tanta politia in ampliſſimo regno gubernando inueniretur, qua non ſolùm domi ſæpius funeſtas coniurationes retunderet, ſed

&

Mais quel miracle eſt-ce de l'entẽdemẽt et memoire de quelques vns? en ſorte que l'vn eſt appelé à bõ droit le pere de toute bõne ſcience, et l'autre, ſans cõtradiccio quelcõque, eſt eſtimée la mere d'icelles. Vous voyez q̃lle vigueur d'eſprit a eſté en Homere, en maniére q̃ pour la dexterité ſinguliére de ſon eſprit, la profondité de ſõ jugemãt, la félicité de ſa mémoire, ſept villes de la Grece, ont eſté en eſtrif pour ſon corps, cõme de q̃lque empire et ſeigneurie. Plato par ſon eloquẽce emmiellée (tellemẽt qu'home n'euſt ſceu parler Grec plus élégãmẽt) Ariſtote par ſes ſubtilitez, je vous prie, q̃l ornemẽt et décoracio a-il adjouſté à tous les arts liberaux? Que direz vous de ceſte divine mémoire de Lucull^y et Hortẽſius? d'Hortẽſius, touchãt les mots: de Lucull^o, quãt aux ſentẽces? Quoy de Mitridates? cõmãdãt à vingt et deux naciõs, auſq̃lles il dõnoit jugemẽt à chacune ſelõ ſon prodre lãgage? Et de Senecque leq̃l s'eſt autreſfois vẽté d'avoir recité deux mille noms, ſans cõmettre faute q̃lconque? Ce ſeroit choſe lõgue de parler de Cyr^o et Scipiõ, leſq̃lz appeloyent tous leurs gẽsdarmes, par leurs propres noms. Or q̃ pl^y eſt, à grãd peine la poſtérité croira elle, Meſſieurs de Lõdres, que outre la cognoiſsãce d'vn tel nombre, et tãt diverſes ſciẽces, on trouvaſt vne telle police en l'eſthomach d'vne vierge, de gouverner vn royaume de ſi grãde eſtẽduë: et par laq̃lle elle a biẽ ſouvẽt rembarré et aſſoupi nõ ſeulemẽt de treſſanglãtes cõſpiracions faites en ſa maiſon, mais

& foris iamiam exhalaturas, non ſine magna inimicorum admiratione, ſuffocaret. Ita vt cùm gloriæ & triumphi palmam ſuperioribus Angliæ regibus abſtulerit, nō eſt quòd poſteri poſt hoc aurcum veſtræ Elizabethæ imperium vel fœlicius, glorioſius, aut magnificentius ſperent. Nec mirum certè, Londinenſes, quippe quæ poſuerit Deum adiutorem ſuum. Qui igitur animos mortales volunt, examinent paululum, quæſo, ſi hæc ſine aliqua diuinitate præſtari poſſint: tum verò ſi in nobis inuenerint tam immenſum & infinitum ſtudium æternitatis, tot æmulationes diuinitatis, tot & ſciendi & intelligendi cupiditates, neceſſe eſt concludant aliquando vt adimpleantur: quandoquidem nullum motum inchoät natura, quē eadem aliquando non finiat, cùm nihil fruſtra tentet, nihilq; imperfectum relinquat. At verò hoc incredibile ſciendi deſiderium à natura hominibus inſitum & innatum eſt: quî fieri ergo poteſt vt non aliquando optatum exitum conſequatur? Homo igitur Deum authorem ſuum in ommibus naturaliter æmulabitur, & ad perfectam illam Dei ſimilitudinem nunquam perueniet? Quin & ethnici æternam illam vitam mortuorumq; reſurrectionem intellexerunt: Teſtis ille Socrates,

qui

aussi en païs estrãges,nõ sans le grand estonnement de sés ennemys,devãt qu'estre evẽtées elle lés a suffoquées et esteintes. En sorte qu'ayãt cõme arraché dés mains de tous sés devanciers roys d'Angleterre la palme de toute victoire et triumphe, cest en vain q̃ ceux qui vous suivront espérent,aprés ce siécle doré de vostre noble Elizabeth, d'en avoir vn autre, ou plus heureux, glorieux,et plus triumphãt.Or n'est-ce chose de merveille,Messieurs de Lõdres,pourautãt quelle a prins le Seigneur por son aide.Maintenãt q̃ ceux lesquelz sont noz espritz mortelz, examinent vn peu, je lés prie,si lés choses sus-dites se peuvent executer sans aucune divinité: et alors s'ilz trouvent en nous, tãt et tãt d'ẽflãmez desirs d'vne éternité, tãt d'émulacions d'vne divinité, tant de souhaits et de sçavoir et entẽdre toutes choses il faut necessairement qu'ilz concluent, qu'vne fois elles serõt entiérement acõplies:acause que nature ne cõmẽce aucũ mouvemẽt, qu'elle ne le parface:cõsideré qu'elle n'ẽtreprẽd riẽ en vain,et par cõséquant ne laisse riẽ imparfait. Or cest insaciable desir de sçavoir naist et croist avec lés homes,voire naturellemẽt:cõmẽt se peut-il dõc faire, qu'il ne parviẽne vne fois à son but desiré?L'home,dõc, par vn instinct naturel s'efforcera-il d'imiter en toutes choses Dieu son auteur,sans pouvoir jamais attaindre à celle perfette similitude et image d'iceluy? Qu'ainsi soit,lés payẽs mesme ont recogneu celle vie éternelle et résurrecciõ dés mors:Tesmoin Socrates

qui cùm mortiferam potionem præ manibus teneret, circunſtantibus aiebat: Ne tanta, inquit, me afficite iniuria vt me mortuum iudicetis: non morior ego, ſed hãc commuto in meliorem vitam. Cyrus item apud Xenophõtem moriens ſic filios alloquebatur: quem hactenus viuẽtem vidiſtis, filij, non eſt Cyrus pater veſter, ſed ſolummodo Cyri corpus: cùm verò ex hoc corporis ergaſtulo Cyrus exceſſerit, tum fæliciter æterna ſecula viuet: gaudete, quid ploratis? O ſententia homine chriſtiano digna. Quid? Impius Lucretius cùm animos mortales eſſe probandum ſuſcepiſſet, nonne poſtea ab ipſa veritate ſuperatus dicebat? Morte carent animæ. Et alibi Iouem de Hercule verba facientem introducens:

Nec niſi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet, æternũ eſt à me quod traxit, & expers
Atq; immune necis, nullaq; domabile flãma.

Tum rationem ſubiungens:

Cedit item retro, de terra quod fuit ante,
In terras: & quod miſſum eſt ex ætheris oris,
Id rurſum cœli ſtellantia templa receptant.

Quam ſentẽtiã mutuatus eſt à Solomone dicẽte: Reuertitur puluis in terram ſuam: & ſpiritus ad eum qui dedit illum. Hinc natam illam

meſme, lequel tenant entre lés mains celle poció mortifére, dit à ceux qui eſtoyent autour de luy: Ne me faites point telle injure, diſoit-il, de dire que je ſois mort: quant à moy je ne meurs point, mais je change ceſte vie preſente, en vne autre beaucoup meilleure et plus perfette. Pareillemẽt, Cyrus, cõme Xenophõ l'introduit au lict de la mort parlãt à ſés enfans, diſoit: Celuy que vous avez veu vivant juſque à preſent, treſchers filz, ce n'eſt pas, cõme vous cuïdez, Cyrus veſtre pére, mais ſeullement le corps de Cyrus: mais aprés que Cyrus ſera delivré de la priſon de ce corps-cy, alors il vivra éternellemẽt: ſoyez joyeux, de quoy plorez vous? O ſentẽce vrayement digne d'vn home chreſtiẽ: Mais quoy? Ce meſchãt Lucrécius ayant prins ſur ſoy de prouver que lés ames eſtoyent mortelles, ne dit-il pas par aprés eſtant ſurmonté par la vérité, Lés ames ſont immortelles? Et en vn autre lieu introduiſant Iove parlant de Hercules il dit:

Il ne ſentira point de Vulcain la puiſſance,
Si non ce que d'Alcméne il print à ſa naiſſance:
Car touchãt ce qu'il tiẽt de moy, q̃ ſuyſon pére,
Il eſt tout éternel, mort, n'aucun impropére,
Ny lés flammes de feu ne luy feront nuiſſance.

Puis donnant la raiſon:

Or ce qui eſt de terre, en terre s'en ira:
Et ce qui eſt du ciel, au ciel retournera.

Laquelle ſentence il a empruntée de Solomon quand il dit: La poudre retourne en la terre: et l'eſprit à celuy qui l'a dõné. Parquoy je croyroye

μετεμψύχωσιν *Pithagoricã facilè crediderim: illámque tam laudatam opinionem anni Platonici: ad quem fortaſſe alludens Homerus noſter latinus inquiebat:*

Scilicet immemores ſupera vt conuexa reuiſant
Rurſus, & incipiant in corpora velle reuerti.

Sed horum omnium vt dubium tolleret Chriſtus Dominus, de omnibus aduerſarijs glorioſè triumphans, hodie à mortuis reſurrexit: cælum nobis aperuit: animorum immortalitatem firmiſſimis argumentis confirmauit: vt ſpe & fiducia erecti, ad illam fælicem & perpetuam vitam ardenti quodam deſiderio magis ac magis anhælemus. Ad quam nos conducat qui ſine fine regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

fort aiſément, que celle tranſmigracion de Pithagore eſt procédée de là: et celle tant recommendée opinion de ceſt an circulaire de Platon: duquel, peut eſtre, parlant noſtre Homère latin diſoit:

Mais comme en oubliant le lieu de leur iſſuë,
Ilz verront de rechef dés haut lieux l'eſtenduë:
Et d'vn deſir ardant lors ilz ſouhaiteront
De reprendre leurs corps, et s'en reveſtiront.

Mais afin de mettre toutes cés choſes hors de doubte, noſtre Seigneur Ieſu Chriſt triumphant glorieuſement de tous noz adverſaires, eſt aujourd'huy reſſuſcité dés morts: il nous a ouvert lés cieux: il nous a cerciorez par vives raiſons et argumens invincibles, de l'immortalité dés eſprits: afin qu'eſtans eſlevez et fortifiez d'eſpoir et confidence, d'vn deſir embraſé nous travaillions de plus en plus, de parvenir à celle bienheureuſe, et tant déſirée vie perpetuelle. A laquelle nous cõduiſe celuy qui vit et regne perpétuellement aux ſiécles dés ſiécles. ainſi ſoit-il.

FIN.

BRITISH MUSEUM